UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 90119339**

Liber CCXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67683

Visual Library



*Epiſtolæ S. Auguſtini a P.P. Benedictinis recens inventæ.*

# HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ
CONTINUATÆ.
## *LIBER CCXXVII.*

CLEMENS XII. PONTIF. MAXIM.
CAROLUS VI. ROM. IMP.

### §. I.
### *Quorumdam Parochorum oppoſitio contra Pariſienſis Archiepiſcopi decretum.*

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Jam ſupra memoravimus, infames pagellas ſub titulo *Nouvelles Eccleſiaſti-* ques

*Vid. Tom.* 73. p. 468.

Sec. XVIII. A.C. 1732.

*ques* ſeu novellas Eccleſiaſticas a Carolo Caſparo de Vintimillia Pariſienſi Archiepiſcopo fuiſſe proſcriptas. Hujus Præſulis Zelum imitabatur ipſum etiam Pariſienſe Parlamentum, quod die vigeſima octava Aprilis circiter nongenta hujus ſcripti exempla a carnifice lacerata in publico Urbis foro comburi reosque ſevere caſtigari juſſit: eoquod illarum Auctores, quo magis adhuc incogniti eſſent, eo majori petulantia in ſuis latebris tam Sacram quam profanam auctoritatem pudendis convitiis ac probris laceſſere præſumerent; quippe non modo ſummum Pontificem, atque Epiſcopos velut conjurationis contra Religionem conflatæ Auctores & complices convitiabantur, ſed Regii etiam ſolii Majeſtatem aggreſſi, Regem ceu vile Miniſtrorum ſuorum mancipium, ac veritatis hoſtem traducebant. Verum, quis credat, quantumvis hoc ſcriptum infamiæ ſtigma in fronte gereret, non deerant tamen, qui illud ore & calamo defendere non erubeſcerent, & quidem, quod magis propudioſum eſt, Eccleſiaſtici imo & Parochi dignitatis ſuæ characterem probroſo ejusmodi ſtudio contaminare non dubitabant, cum tamen hi potius ſtatus ac Miniſterii ſui officio adſtricti, ceteris priores imperterrito animo, ac

Zelo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Zelo Apoſtolico ſeſe maledicis ejusmodi rapſodiis veritati, Religioni & charitati tantopere injurioſis opponere debuiſſent. Ex his circiter viginti ſeptem erant, qui auſu prorſus indigno non modo, uti ab Archiepiſcopo juſſi erant, ejusdem decretum ac cenſuras e ſuggeſtu promulgare detrectarunt, ſed aucta etiam temeritate remiſſo ad Paſtorem ſuum decreto palam adverſus illud proteſtati, ſuamque agendi rationem vindicare conati ſunt. Obſtupuit Archiepiſcopus ad horum audaciam; ſpe tamen fretus, Viros ſcientia & prudentia præditos facile rationum pondere & moderationis via ad officium redigi poſſe, ad petitionem ſui Promotoris aliud decretum ad eos transmiſit, vi cujus ipſis denuo injunctum, ut cenſuram ab Archiepiſcopo pronuntiatam promulgarent: Attamen hi in ſua pervicacia obfirmati, ut cenſurarum ſeveritatem declinarent, ipſum Præſulis ſui decretum apud Pariſienſe Parlamentum denuntiarunt.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

## §. II.

### *Parlamenti ſententia contra Archiepiſcopi Pariſienſis edictum.*

Horum Sacerdotum cauſſam ac protectionem a Pariſienſi Parlamento

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

ſuſcipi, non minus inexſpectatum, quam ridiculum eſſe videbatur; poſtquam enim illud tanto Regiæ Majeſtatis Zelo, tam ſolemni publicæ ſeveritatis apparatu tantoque juſtitiæ ſtudio in has novellas paulo ante ſævierat, quis ſibi vel per ſomnium perſuadere potuiſſet, quod illud ipſum Parlamentum eodem adhuc anno infamium harum pagellarum vindices eſſe vellet, easque contra legitimum ſuum Paſtorem, qui illas unico die ſerius proſcripſit, toto auctoritatis ſuæ pondere propugnare dignaretur: Nihilominus toto Regno ſpectatiſſimus hic Senatus vel contradicendi, vel ſuam jurisdictionem in Eccleſiaſticos extendendi prurigine incitatus, non ſine maximo factioſorum jubilo, & proborum offenſione Archiepiſcopi Pariſienſis edictum ac cenſuras ceu nullas irritasque declaravit, ac ſuppreſſit: Utebatur hoc obtentu, I. tam Regis, quam Parlamenti ſtatuta, quibus anno priori de Conſtitutionis negotio agi vetitum, Archiepiſcopali decreto fuiſſe violata, perinde acſi ipſum Parlamentum impoſitam ſilentii legem non æque publico ſuo edicto prius violaſſet. II. Interminata anathematis pœna libertates Eccleſiæ Gallicanæ labefactatas fuiſſe. III. Archiepiſcopum ſibi in profanum

ac

ac civile Regimen poteſtatem arrogaſſe, eoquod edicti ſui executionem Regiis Adminiſtris demandaſſet. Sæc. XVIII. A. C. 1732.

## §. III.

### *Ludovici XV. Galliarum Regis indignatio contra Parlamenti auſus.*

Haud latuit Regem tam Sacerdotum rebellio contra ſuum Archiepiſcopum, quam uſurpata Parlamenti jurisdictio in res ſacras; cum ergo ſuum quoque edictum, quo has novellas eodem tempore proſcripſerat, vilipendi, & Parlamentum, quod tamen ejus mandatis obtemperare, eaque fideliter exequi debuiſſet, in ipſa Regia jura involare cerneret, graviter inde commotus, primo Parlamenti Præſidi, aliisque duobus Præſidibus ſignificari juſſit, ut ad diem octavam Maij Compendium venirent, Regis juſſa percepturi: Comparent illi præſtituta die, & Rex per Aqueſſoum Cancellarium ſuum illis denuntiabat, ſe probe inſtructum eſſe de tumultibus, qui ob Pariſienſis Archiepiſcopi mandatum hucusque in totius Regni Metropoli concitati fuiſſent, facilius eſſe mala futura prævenire, quam præſentibus remedium afferre, hinc ſibi firmum fixumque eſſe,

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

omnium controverſiarum circa Religionem exortarum cognitionem præcipue circa Conſtitutionem *Unigenitus* ſoli ſuo reſervare judicio, proin Parlamento ſevere inhibere, ne in haſce controverſias inquirere, aut quovis pacto deſuper deliberare, Congreſſus habere, vel acta in tabulas referre, aut has ob cauſſas ſive in Curia, ſive in Aula convenire præſumeret, ſi vero quis privatus libellum ſupplicem circa contentiones in Eccleſia Gallicana motas Parlamento porrexerit, illud obſtringi, ut quid hac in re agendum, prius Regis voluntatem & juſſa exploraret: de cetero autem, quæ nunc percepiſſet, mox ad acta referret &c. Altera die Præſes hæc Regis juſſa Parlamento expoſuit, petiitque, ut cuncta in Parlamenti tabulas referrentur, & Regiis mandatis ſine tergiverſatione omnes obtemperarent. Verum Senatorum potiſſimis longe alia inſederat opinio: quapropter die duodecima Maij habito conſeſſu declararunt, ſe potius Conſulatum abdicaturos, quam permiſſuros, ut hac ratione fundamentales Regni leges peſſumdarentur; Regis enim mandato abrogari appellationes *ab abuſu*, has vero unicum eſſe Gallicanarum libertatum fulcimentum, ac vetuſtiſſimum tam Nationis quam Parlamenti privilegium, id

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

id evertere Mazarinus nunquam fuiſſet auſus & Richelius nunquam voluiſſet, nunc vero Fleuryus everti præciperet: Audaciores quoque ipſi Præſidi inſultabant, eumque, ſi ſuæ ſatisfacere vellet conſcientiæ & officio, loco abire, ſine fronte juſſerunt, palam minitantes, in Parlamenti ſcribam, ſi Regis mandatum ad acta referre præſumeret, legum ſeveritate actum iri. Sæc. XVIII. A.C. 1732.

## §. IV.

### *Parlamentum a Regis alloquio excluſum*

Priusquam Parlamenti Patres, quid hac in re agendum, communi conſilio decernerent, rurſus primus Præſes & cujuslibet Curiæ Decani die decima ejusdem Menſis comparere jubebantur, quibus paucis ſignificatum, ut protinus Regiis juſſis parerent, nec minimum quid de cauſſis Eccleſiaſticis ſtatuerent. Accepto hoc reſponſo decrevere Patres, conficiendam eſſe orationem, in qua Præſes cauſſæ gravitatem, Regii mandati indignitatem, malaque inde oritura graviſſimis verbis Regi exponeret. Suggerebat etiam Titonus Senator, ſequendum eſſe hac in re Virodunenſis Parlamenti exemplum, quo in pari cauſſa Anno 1626.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. miram animi conſtantiam demonſtraſ-
A. C. 1732. ſet; agi enim de religione & Regis ſecuritate, non ergo de inobedientia Parlamentum poſtulari poſſe, ſi mandato, quo utrumque everteretur, non obtemperaverit. Hæc vero Cancellarius Regi exponere adeo non dubitet, ut potius ſuorum Prædeceſſorum exempla imitaretur, qui ſepoſito Regiæ indignationis metu in tam gravi cauſſa ſuum officium utiliter impendiſſent, plerumque poſtea ab ipſis Regibus amplo encomio ob fidelitatem honorati. Hæc ſuadebat Titonus: Dupreus vero cenſebat, ſi Rex ſemetipſum utiliſſimo obſequio, & Parlamentum præcipua ſua prærogativa ſpoliare perrecturus eſſet, Regi humillime declarandum, Parlamentum, cum ſecus in re graviſſima ſuo muneri & conſcientiæ deeſſet, aliunde vero hac ratione, Regno haud ultra utile foret, deinceps ſuo officio fungi nec velle, nec poſſe. His addebant alii, conſultiſſimum fore, ut omnia Regi exponenda chartæ mandarentur, Pucellio Abbati conſignanda; Præſidis enim fidem eſſe ſuſpectam: Rebus ita potius turbatis quam concluſis omnes Deputati die decima quarta Maij Compendium venere, cumque Præſes ſuam orationem auſpicari vellet, Rex illum tacere juſſit, ac vultu ad gravitatem

com-

compoſito dixit: *meam Vobis voluntatem ſignificabo, veſtrum erit, obedire, veſtros clamores non audiam, meæ indignationis reos vos quidem feciſtis, ſed obtemperate, & ad veſtra tribunalia revertimini.* Ad hæc, cum Portellius loqui pararet, Rex mox illum interpellans, dixit, *Tace & abi:* majore autem temeritate Abbas Pucellius Regi ſcriptam Præſidis orationem porrexit, quam tamen Rex illico Maurepaſio Comiti tradens, indignabundus reſpondit: *tolle ſcriptum hoc & confeſtim in fruſta dilacera.*

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

## §. V.

## *Plures Parlamenti Patres graviter mulctati.*

Abeuntibus hiſce Deputatis Rex ad ſuos Proceres converſus, *Faxit,* inquiebat, *ut Parlamentum obtemperet, ſecus me eſſe Regem & Dominum ſentiet.* Percepto fatali hujus alloquii ſucceſſu gravem ſibi tempeſtatem impendere, ominabantur omnes: nec vanus erat eorum timor; quippe ſequenti die Pucelius Abbas & ſuperioris Curiæ Decanus in exilium ad Corbignienſem Abbatiam ſuam deportatus eſt; Titonus vero noctu militum manu ſtipatus primo ad Vicennenſem arcem, poſtea Hamonam munitiſſimam Picardiæ Ur-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

bem relegatus eſt. Quo comperto rurſus Deputati Compendium, ubi Rex agebat, convolarunt, ſupplices, ut eorum Collegæ libertati reſtituerentur: Verum reſponſi loco etiam Ogierus Præſes, & Vrevinus, Robertus & Fautrierus Conſiliarii exilio mulctati ſunt: Ea Res tanta animi ægritudine omnium Tribunalium Patres affecit, ut unanimi ſuffragio declararent, ſe haud ultra ſuo functuros officio: Clauduntur ergo altera die ſupremæ Curiæ fores, univerſale juſtitium indicitur, centum ſexaginta ſex Senatores officium ſuum demittunt, Advocati cauſſas forenſes agere deſiſtunt, nulli habentur Judicum conſeſſus, & ſoli centumviralis Senatus Patres jus dicere parant, ſed plusquam trecenti de plebe toto impetu in Aulam irrumpunt, eisque incondito clamore exprobrant, quod ipſi ſoli ſuorum Sodalium cauſſam negligerent.

## §. VI.

### *Regis mandatum contra Parlamenti Patres.*

Hic ipſe populi tumultus haud obſcurum erat futuræ ſeditionis prognoſticon; quapropter Rex, ut majora præveniret mala, mitiora remedia tempeſtive opponere decrevit, ſuoque Can-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cancellario negotium dedit, ut Regis nomine datis ad Portellium Præſidem literis de Curiarum juſtitio, aliiſque Parlamenti auſibus vehementer quereretur, ſimulque præciperet, ut rurſus ſuis fungerentur officiis, ipſe vero ac ceteri Præſides reliquis exemplo prælucerent. Nec huic conatui omnis deerat ſucceſſus; ſupremus enim Præſes pejora veritus, nulli pepercit labori, ut Parlamenti Patres ad ſolitos ſuos congreſſus denuo inchoandos induceret: Die etiam vigeſima Maij præter Præſides, Regium Advocatum & Procuratorem nonnulli Senatores convenere, qui tamen, cum palam declararent, ſe nil habere, quod nomine ſuorum proponerent, nil aliud concluſerunt, niſi Regios Advocatos rurſus Compendium ad Regem eſſe decernendos: Hac agendi ratione Regi plane ſatisfactum non erat, qua de cauſſa Regia ſua auctoritate utendum ratus, die vigeſima tertia ejusdem Menſis ſummo mane ſingulis Senatoribus per milites, Præſidibus vero per Subcenturiones ſchedam tradi juſſit, hujus tenoris: *His literis tibi ſignifico, ac præcipio, ut ſub pœna rebellibus ſtatuta die vigeſima tertia Maij feria ſexta, matutino tempore ad horam octavam in ea Parlamenti mei Curia, quæ Tibi aſſignata eſt, compareas, &* Sæc.XVIII. A. C. 1732.

*tuo*

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

*tuo fungaris officio: datum Compendii die vigeſima prima Maij.* Hujus Regis mandato paruere quidem omnes; præſtituta tamen & ſequenti die Aulam ingreſſi, totum tempus non niſi deambulando, & colloquendo transegerunt. Hoc comperto Rex denuo mandavit, *ut ſua quisque munia exerceret.* De hoc Regis mandato exultabant omnes; illud enim ſiniſtra interpretatione in rem ſuam vertebant, aſſerentes, ſibi omnium eorum, quæ antea ſibi arrogaſſent, adminiſtrationem, proin etiam in rebus Eccleſiaſticis jus dicendi poteſtatem a Rege fuiſſe conceſſam: Eapropter ſequenti mox die centum viginti Patres, reclamantibus nonniſi triginta quinque, concluſere, Regis juſſa (excepta tamen in Religionis negotio judicandi inhibitione) ad acta eſſe referenda, & quidem ſub hac forma: „Parlamentum „ conſuetas ſuas Seſſiones proſequetur, „ omnique occaſione data immotum „ ſuum ſtudium pro Regis obſequio, & „ bono publico teſtabitur, utque ſacrata Regni jura conſervarentur, om„ nia attentata, quibus vel Eccleſia vel „ Regnum turbari poſſet, præveniet, „ ſuoque muneri ſibi impoſito & a Rege „ præſcripto plene ſatisfaciet. Hoc facto Parlamenti Advocatis demandatum, ut tempus, quo pro ſuis Collegis depre-

deprecari, & contra Archiepiſcopi decretum utpote ſiniſtro ſenſu conceptum appellare permitterentur, ſibi aſſignari, a Rege efflagitarent. Verum ſuorum ſodalium liberationem bis incaſſum ſollicitabant, circa appellationem vero iterato repulſam ferebant: quocirca Parlamentum propria auctoritate adverſus Archiepiſcopi decretum ſequens divulgavit Statutum: „Archiepiſcopi „mandato in publico Curiarum Conſeſſu prælecto, auditis etiam Regio „Advocato & Procuratore, & re maturius penſata Parlamentum Procuratorem Generalem tanquam appellantem a præfato Archiepiſcopi decreto recipit, eique permittit, ut „quemcunque voluerit, tanquam ſuæ „appellationis Adverſarium admittere „valeat, proxima autem die partes „litigantes audirentur.„ Hoc Parlamenti auſu Rex ad iracundiam provocatus, hoc ſtatutum tanquam nullum & irritum die decima ſexta Junii declaravit, eique, ſi parere renueret, inobedientiæ pœnam, Regiam indignationem & omnium officiorum privationem interminavit, prohibuitque, ne quicquam ſanctioris ſui Conſilii decreto, quo die 10. & decima quarta Maij circa Archiepiſcopi mandatum deliberare vetitum, contrarium ſtatuere præ-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A C. 1732.

præſumeret. His minis territi Patres, Compendium Deputatos ablegarunt, qui cum Regiis Adminiſtris de reconciliationis modo agerent: Hi in primo colloquio durius habebantur, in altero tamen eorum propoſitiones æquioribus nonnihil auribus excipiebantur, quinimo ipſemet Fleuryus Cardinalis Regiæ clementiæ, & benevoli alloquii ſpem eis fecerat, dummodo obſequioſi denuo ſuis vacarent officiis. Nec in verbis ſtetit Cardinalis promiſſum; poſtquam enim primarius Parlamenti Præſes cum ceteris Deputatis ad Regem admiſſus, præteritæ culpæ veniam precabatur, cum præ doloris vehementia ſermonem ſuum proſequi vix poſſet, Rex benigne reſpondit, *ad preces veſtras illis, quos ſuis officiis amovere decrevi, aliquot dierum ſpatium indulgebo, intra quos ad obſequium redire poſſent: ſecus ſibi omnem ſpem veniæ interciſam ſciant, juſtæ indignationis meæ molem toto vitæ ſuæ tempore experturi.*

## §. VII.

### *De reconciliando Parlamento actum.*

Accepto hoc Regis reſponſo primarius Præſes cum ceteris Curiarum Præſidibus de reconciliationis conditionibus conferre cæpit. Proponebantur autem

Sæc. XVIII.
A.C. 1732.

autem hæ I. Parlamento integrum ſit, de gravioribus negotiis non ſolummodo cum Miniſtris, ſed cum ipſo Rege agere, cum tamen id jam per integrum biennium Parlamento eſſet denegatum. II. Eccleſiaſticas controverſias, remota appellatione ad Regem, dijudicandi poteſtatem nunc, uti antea, Parlamentum habeat. III. Parlamento concedatur, ut in Curiarum Conventibus ſua quoque ſuffragia ferat, & Parlamento Regis voluntas per literas apertas, non autem ſigillo occluſas intimetur. IV. Sodales in exilium detruſi revocentur. V. Cuncta, quæ adverſus Parlamenti jura hucusque fuiſſent attentata, pro infectis habeantur. VI. Omnia denique privilegia Parlamento erepta reddantur: Cum autem hæ conditiones Regis menti atque auctoritati minus conſonæ eſſent, Aqueſſous, qui Regi a ſanctioribus commentariis erat, primario Præſidi Pariſiis alias propoſuit leges, & quidem I. Intactum remaneat Archiepiſcopi Pariſienſis mandatum, facta tamen Regis pollicitatione, ad illius normam res non eſſe decernendas. II. Parlamento ſalvum ſit jus excipiendi appellationes *ab abuſu*, & declaretur, quod Rex id juris eidem demere nunquam voluerit. III. Nuperum Regii Senatus decretum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

cretum ad acta referatur, liceat tamen Parlamento ſuas contra illud rationes proponere, ita ut Regis reſponſum deſuper dandum mox Parlamento communicetur. IV. Exules revocentur, & Curiæ non prius, quam Rex has conditiones firmaverit, aperiantur. Ad has propoſitiones Rex propenſum animum exhibere videbatur, cumque circiter ſexaginta Præſules Conſtitutionis negotium contra Parlamentum promoturi, eodem tempore Pariſios veniſſent, eos ad ſuas Diæceſes reverti juſſit, ne per eorum præſentiam, ac motus fors proſpera concordiæ auſpicia eluderentur: Attamen blanda hæc ſpes vix non evanuit, poſtquam Parlamentum ex Boucheli *Bibliotheca juris Gallici* textum quemdam vulgavit, quo comprobatum, quod Ludovicus IX. Galliarum Rex ferme ſimilia a ſuo Parlamento poſtulaverit, illud vero egregie eidem reſtiterit, ac propterea a Rege non modo amplis encomiis fuiſſet honoratum, ſed & promiſſum, ſe nunquam ejusmodi edictum contra Parlamentum deinceps editurum. Tum vero pacificum inter Miniſtros & Præſides colloquium in mutuas criminationes degeneravit.

§. VIII.

Sæc. XVIII.
A.C. 1732.

## §. VIII.

### *Parlamentum Regis juſſu exilii pœna coercitum.*

Serenior Parlamento aura adſpirare videbatur, dum die quarta Julii primarius Præſes, necnon Pelleterius & Mopous Præſides unacum Suleto Verſalias vocati perbenigne a Rege excipiebantur, pollicitatione eis facta, Regem die octava ejusdem Menſis ad porrecta rationum momenta ſententiam ſuam edicturum: Quid ea die actum fuerit, ignoratur, unice conſtat, Regem ſermonem ſuum his verbis abſolviſſe: *Pronior ſum ad veniam, quam ad pœnam, mea tamen non abutimini gratia*, quibus dictis literas, quibus Senatores ſuis officiis exuere decreverat, nullas fore declaravit. Ergo Parlamentum rurſus die decima Julii ſolitum ſuum habuit Conventum, in quo concluſum, Regi gravibus oppido rationibus exponendum, Parlamentum Sanctioris Senatus decreto die decima ſexta Junii edito ſumma æquitate reſtitiſſe, & revocatis exulibus ſuffragii libertatem poſtulare. His die quarta Auguſti propoſitis die decima nona ejusdem Menſis Rex mentem ſuam his articulis declaravit. I. Ea, quæ vel ipſo Rege præ-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

ſente denuntiantur, vel per Viros a lege nominatos exponuntur, Parlamentum juxta Statutum Anni 1663. dijudicet. II. Sine Regis permiſſu iteratæ exceptiones non opponantur. III. Regii Advocati, ſi quid in rebus Eccleſiaſticis agendum occurrat, id in ſuprema Curia proponant. IV. Si quid fors contra hoſce articulos proponendum eſſet, id duntaxat apud primarium Præſidem ſeorſim fiat. V. Inquiſitionum, & libellorum ſupplicum Curiis vetitum ſit, extra ſui tribunalis locum deliberationes inſtituere, & ſuos Deputatos ad explorandam ceterarum Curiarum opinionem ablegare teneantur, interminata pœna in refractarios ſtabilita. VI. Nullus niſi a Rege juſſus, a ſuo officio vacare præſumat, indicta indignationis Regiæ, & amotionis pœna ab officio. Quamvis Rex hanc ſuam declarationem ſine tergiverſatione ad acta referri præcepiſſet, Patres tamen parere recuſabant: convenerant equidem in Parlamenti Aula, nullus tamen ſuo fungebatur officio. Hæc Parlamenti repugnantia Regem eo adegit, ut ipſe pro tribunali ſedere decerneret: Præfigitur ergo dies tertia Septembris, & ad præcavendos Pariſienſis populi tumultus (quod hucusque auditum non fuit) Verſaliæ ſeli-

gun-

Sæc. XVIII. A.C. 1732.

guntur: eo advocatur totum Parlamentum: Perorat ipſe Rex, & ſua mandata accurate adimpleri, moxque ad acta referri poſtulat: ad hæc ceterorum nomine reſpondit Pelleterius Præſes, *locum, circumſtantias, & cetera omnia hucusque acta nobis ſuffragandi libertatem adimunt, quid ergo ad Regis ſtatuta dicamus* &c. poſtea ea, quæ Parlamentum circa nuperam Regis declarationem ſanxiſſet, enarrans ſubjunxit, illam in acta reponi haud poſſe, hinc Rex eam revocare haud gravaretur: Verum Rex illam per ſuum Cancellarium prælegi, & in tabulas referri præcepit; quod etiam Gilbertus fecit, ſed non niſi effuſis ubertim lacrimis.

Altera mox die congregati Patres, adverſus nuper actitata reclamarunt, ac unanimi ſuffragio ſtatuerunt, omnia, quæ Verſaliis dicta & acta fuiſſent, eſſe deſcribenda, & in fine addendum, quod ob loci circumſtantiam, & propter ibidem acta, ac Parlamento prius non inſinuata, Patres ſuas deſuper ſententias proferre, nec poſſe, nec velle, nec teneri. Hoc comperto Rex ira efferveſcens, Parlamenti concluſum omnino irritum eſſe declaravit, omnesque Patres in exilium amandare ſtatuit: Die igitur ſeptima Septembris cuilibet per duos milites ſchedam tradi

Sæc. XVIII. A. C. 1732. juſſit, hoc tenore: *veſtra pertinacia commotus præcipio, ut hac adhuc die ex urbe Pariſina abeatis, & nulla mora ad aſſignatam vobis Urbem emigretis, nec inde pedem extrahatis.* Igitur ex Inquiſitionum & libellorum ſupplicum Curiis centum & quadraginta duo Senatores eadem die ad deſtinatum exilii locum deportabantur.

Vix dies effluxerat, qua non exulum Amici ſummis precibus Ludovici Regis aures fatigarent; incaſſum tamen omnia: tandem vero nonnullis major libertas, aliis proximior ad Urbem Pariſinam acceſſus, & denique die decima ſexta Novembris omnibus redeundi facultas data eſt: die vero tertia Decembris hi omnes Regem acceſſere, eorumque nomine primarius Parlamenti Præſes elegantem habuit orationem, qua debitas referens gratas, graviſſimum, quo ob promeritam Regis indignationem afficeretur, dolorem teſtabatur, immotamque deinceps fidem & obedientiam pollicitus perdemiſſe rogabat, ut deleta præteritorum memoria Rex Regiam declarationem nuper die decima octava Auguſti factam revocaret. Habita deſuper conſultatione Præſidis primarii votis & precibus non modo venia, ſed & declarationis revocatio præter omnem ſpem data

data eſt. Aſt brevi Regem intempeſtivæ hujus indulgentiæ pœnitudo ſubiit, *uti poſtea* referemus. Sæc.XVIII. A.C. 1732.

## §. IX.

## *Varia Conſtitutionis* Unigenitus *fata.*

Inter alia, quibus Poloniæ Regnum ſcindebatur, diſſidia, haud infima erat Cleri contentio circa Conſtitutionem *Unigenitus*; hanc enim alii ab omnibus eſſe recipiendam, & tanquam fidei Regulam tenendam contendebant, alii vero eidem non aliam, quam cuilibet Conſtitutioni Pontificiæ debitam reverentiam eſſe deferendam cenſebant. Ex hac ipſa opinionum diverſitate nova indies jurgia, & animorum averſiones oriebantur; unde Regni Primas, & ceteri Archiepiſcopi ac Præſules pejora veriti, habito conventu declararunt, ſe quidem erga Pontificia decreta, quæ Regni legibus non adverſarentur, plenam ſubmiſſionem & obedientiam profiteri, graviſſimis tamen de cauſſis haud conſultum credere, ut Conſtitutio *Unigenitus* ſimpliciter & ſine unanimi omnium Ordinum conſenſu in Regno reciperetur, & in Regulam fidei adoptanda præſcriberetur: Hoc Cleri

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

decretum Primas tam Regi, quam Nuntio Apoſtolico ſignificabat.

Sub idem ferme tempus Leodienſis Princeps atque Epiſcopus die decima tertia Junii decretum in univerſa ſua Diæceſi promulgari juſſit, vi cujus omnes, qui Conſtitutionem hanc acceptare recuſaverint, anathematis pœnæ *ipſo facto* obnoxios eſſe declarabat. Vix hoc decretum Trajecti ad Moſam a quatuor Parochis promulgatum erat, cum illico Quesnelli fautores altum inclamarent. Anteſignanum habebant Eccleſiæ Cathedralis Decanum nomine Bonhomum, pertinacis judicii & turbidæ indolis virum, cui etiam pravitatis exemplo animati ex Canonicis nonnulli adhæſere: Hi ergo, cum ſuæ cauſſæ diffiderent, neglecta Paſtoris ſui voce ad Fœderatos Ordines Calvinianos confugerunt; & quamvis Leodienſis æqualem cum Ordinibus jurisdictionis partem in hac Urbe ejusque Magiſtratu haberet, hi tamen propria auctoritate Prætoribus ſibi ſubjectis præceperunt, ut omnes Parochos, qui Epiſcopi decretum publici juris feciſſent, coram adeſſe juberent, eosque vehementer objurgarent, eoquod illud ſine prævio Ordinum beneplacito & conſenſu his in terris uſitato promulgare præſumpſiſſent: dein præfatos Sacerdo-

cerdotes adegerunt, ut ſe talia deinceps non auſuros pollicerentur, & hoc decretum ullo pacto in uſum deduci prohiberent. Attamen Parochi, cum huic mandato ſine Religionis & conſcientiæ detrimento parere haud poſſent, Leodium conceſſere, quid hac in re agendum, a ſuo Epiſcopo expetituri. Hic vero indignitate facti commotus, die prima Auguſti edito decreto Parochorum citationem, cunctaque hac in re attentata, omnino eſſe irrita & nulla declaravit, prohibuitque Parochis, ne illis, qui in eos circa res Eccleſiaſticas nullam habent jurisdictionem, morem gererent &c. dein datis ad Fœderatos Ordines literis de eorum mandato, & Prætorum Trajectenſium auſu graviter queſtus expoſuit, quod ſua agendi ratione Religionis Catholicæ exercitium ac libertatem tot ſolemnibus pactis promiſſam (*) vio-

Sæc. XVIII. A.C. 1732.



(*) Enimvero non ita pridem Proteſtantes in cauſſa Salisburgenſium ruſticorum, quibus Lutheri dogmate infecti libri ſurripiebantur, palam querebantur, violatam fuiſſe Religionis ſuæ ac conſcientiæ libertatem per pacem Weſtphalicam firmatam, eoquod hiſce agreſtibus eripiendo ſuæ ſectæ libros, ipſo facto

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

violaſſent; nec enim pro Romano-Catholicis illos, „qui Eccleſiæ Romanæ „dogmaticis judiciis reſiſterent, haberi „nec in Eccleſiis Catholicis recipi „poſſe illos, qui ab eo ſeparati, atque „ab eorum Epiſcopis ejecti ſunt, & „quibuscum Eccleſiaſticam commu„nionem habere, non modo Parochis, „ſed & laicis vetitum eſſet: *Si ergo*, „proſequebatur Epiſcopus, *huic mandato obediendum foret, claudendæ eſſent Eccleſiæ; non enim permittere poteſt Epiſcopus, ut ab Eccleſia Romano-Catholica publice abſciſſi illas frequentent, & ibi ſacris fungantur officiis unacum veris Catholicis* &c. Regium vero, ut vocant, *Placet*, circa Bullas dogmaticas meram „eſſe novitatem, ac illud præterea „quoad Trajectenſem Urbem *privative* „non competere Fœderatis Ordinibus „eo-

---

facto ſubtrahantur media ad ſectæ cognitionem proin & ad animæ ſalutem conferentia. Fors in ſolis Catholicis non labefactatur liberum Religionis ſuæ exercitium, ſi ipſis tam ſupremi, quam immediati ſui Paſtoris inſtructio dogmatica ſubtrahitur? fors ejusmodi libri ad veræ doctrinæ cognitionem nihil conferunt? fors in Catholicorum favorem nihil valent jurata pacta, & inita Religionis pax?

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„eoquod Leodienſis quoque Epiſcopus „*unacum ipſis* ſupremus eſſet Princeps „præſatæ Urbis; tam huic ergo quam „illis ſupremi Dominatus partem ex „æquo ac indiviſim competere &c.„ Ad haſce literas die ſexta Septembris „Ordines reſpondebant, ſe nullatenus „velle, Epiſcopo ſuum in Trajectenſem „Urbem dominium abnegare, & ſi vero „ipſi bene viſum fuerit, jure ſuo in hoc „*Placet* (*) cedere, æquum tamen haud „eſſe, ut ipſe Ordines adſtringeret ad „hoc, ut ſuo huic juri pariter ipſi re- „nuntiarent, Romana enim decreta, „priusquam promulgari permitteren- „tur, diſcutiendi jus Principibus com- „petere, illudque non modo Braban- „tiæ ſed in aliis Catholicis locis ſub „nomine *Placet*, vel *viſa* &c. vigere,

 „dein

(*) Quid ſi autem Leodienſis Princeps & Epiſcopus contra Ordinum mandatum, qua *Princeps* & Con-Dominus *Placet Regio*, & qua Epiſcopus *Placet Eccleſiaſtico* adverſus inhibitionem ſuæ jurisdictioni & Eccleſiæ noxiam ac injurioſam uti, & nullatenus cedere voluiſſet? Cujus potior in jure pars fuiſſet? Ubi ſunt firmiora illa principia, in quibus jus *Placet Regii* firmius fundetur, quam *Placet Eccleſiaſticum* Eccleſiæ Rectoribus primariis competens?

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„dein Ordines nullatenus velle Religionis Catholicæ exercitium Trajecti „turbare, ſed nec ampliora exigere, „quam Romano - Catholici Principes „in ſuis ditionibus feciſſent, hinc ſe „rogare Principem, ut ingentes perpendat motus tam in Eccleſia, quam „in Provincia ob Conſtitutionem *Unigenitus* pluribus abhinc annis in Romano - Catholicis regionibus ideo excitatos, eoquod creditum eſſet, hanc „Bullam complecti doctrinas abſolutæ „poteſtati civili contrarias.„ Accepta hac epiſtola Leodienſis Epiſcopus die vigeſima ſexta Septembris ad eosdem „hæc reſcripſit, „pro Conſtitutionum „dogmaticarum promulgatione conſenſum Principis exigi haud poſſe, quin „non eo ipſo Princeps in articulos fidei „arbiter conſtitueretur, & profanæ „manus in Sanctuarium immitterentur: Romano - Catholicarum Regionum Doctores etiam Brabantinos docere, quod Bullæ dogmaticæ non „ſint ſubjectæ Regio *Placet*, quoad exiſtimatas vero turbas per Conſtitutionem *Unigenitus* in aliis Statibus excitatas, has non ab ipſa Conſtitutione, nec a veris Catholicis, ſed ab „illis fuiſſe cauſſatas, quos Eccleſia pro „ſchismaticis & excommunicatis haberet, proin Epiſcopo non poſſe in-

„ter-

„terdici promulgationem ſui decreti, „quin ſemetipſum, & ſecum Trajectenſes „Catholicos ſchismatis reos efficeret.„ Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Attamen his rationibus Princeps ac Epiſcopus Leodienſis adeo nihil apud Calvinianos Ordines profecerat, ut hi etiam novum promulgarent edictum, hujus tenoris: „Notorium eſt, „quod in Brabantia proin & Trajecti, „aliisque in regionibus nullæ Conſtitutiones, Bullæ ac Pontificum de„creta . . . . absque Principis per„miſſu promulgari queant, hinc no„ſtrum Statutum Anni 1732. die de„cima nona Decembris æquiſſimum „erat: Cum autem Princeps & Epi„ſcopus Leodienſis hoc noſtro decreto „ſe læſum exiſtimavit, eapropter Or„dines hac ſuper re amicam eidem „obtulerunt compoſitionem, dummodo „interim male ordinata Epiſcopalis „mandati promulgatio circa Bullam „*Unigenitus* ſuſpendatur: Hanc vero „conditionem acceptare, cum Prin„ceps præter noſtram expectationem „recuſaret, hinc noſtrorum jurium „conſervationi, & Trajectinæ Urbis „tranquillitati conſulere obſtricti, præ„fatæ Urbis Præfecto injungimus . . . „ut omnibus Parochis & Monaſterio„rum Superioribus ſignificaret, eam „eſſe Fœderatorum Ordinum declara-

„tionem,

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„tionem, quod Epiſcopalis mandati „promulgatio penitus ſit *irregularis* & „*informis*, proin ea, ſicut omnes effe„ctus inde ſecuturi pro infectis habendi „ſint; omnibus quoque & ſingulis in„terdictum, ne in vim præfati man„dati quicquam moliri, vel deinceps „ullam ejusmodi promulgationem abs„que Superiorum conſenſu facere præ„ſumerent, niſi Ordinum indignatio„nem incurrere, & tanquam jurium „ſuorum & ſupremæ auctoritatis ag„greſſores, pacisque publicæ pertur„batores puniri malint. Præterea de„claramus, nos quidem, utpote cum „Epiſcopo Principe Leodienſi præfatæ „Urbis Con-Dominos, ut jura noſtra „conſervemus, omnesque ibi exoritu„ros tumultus præveniamus, unice in„tendere, procul autem a nobis ab„eſſe, ut Religionis Romano-Catho„licæ Trajecti ſtabilitum exercitium „labefactare (*), ſed potius e contra„rio publicum hoc exercitium, prout „huc-

(*) En quam egregie Religionis gravamen Catholicis illatum verbis eluditur, & opere augetur: ſi Princeps Catholicus cuidam Prædicanti vel ſemel prohiberet, ne ad ſuos Concionem haberet, mox Religionis exercitium eſſe turbatum, inclamarent Proteſtantes, nec ſufficiens crederetur Principis Catholici excuſatio, ſi diceret, ſe non *interdiſſe*, exercitium Religionis turbare, ſed potius tueri.

„hucuſque fuiſſet habitum, tueri in- Sæc. XVIII. A. C. 1732.
„tendamus &c.„ Hoc edicto ad Urbis Præfectum transmiſſo, hic omnes Parochos & Ordinum Superiores adeſſe juſſit, illudque eis prælegit, qui, cum totam hanc cauſſam Epiſcopi ſui judicio reliquiſſent, inter crebros cordis ſui gemitus taciti receſſerunt: Canonici vero ad S. Servatium hoc edictum die quinta Februarii ad Capituli ſui acta retulere: Horum ignavia, & turpe adulandi ſtudium male habuit Principem ac Epiſcopum Leodienſem, cum autem hoc Capitulum ab ejus jurisdictione exemptum Sedi Apoſtolicæ ſubjectum eſſet, hinc Epiſcopus illos Romæ promerita pæna caſtigari petiit, Ordinum autem uſurpationem ore & calamo conſtanter impugnavit.

## §. X.

### *Oranum Mauris feliciter ereptum ab Hiſpanis.*

Fluxerat hic annus ob glorioſam Hiſpanæ claſſis expeditionem valde memorandus: Victoriæ argumentum erat Oranum munitiſſima Africæ Civitas Orientem verſus ad barbaras Algeriæ oras ſita. Hanc Ximenius Cardinalis anno milleſimo quingenteſimo nono victricibus armis expugnatam Hi-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Hiſpaniæ Regno adjunxit; fervente autem bello de Hiſpanica ſucceſſione Mauri Anglorum conſilio & auxilio ſuffulti, eandem poſt ſemeſtrem obſidionem fame potius quam armis anno hujus ſæculi octavo ad deditionem compulerunt, non ſine exiguo Chriſtiani nominis dedecore, & ingenti Hiſpanæ gloriæ decremento: Accepto damni nuntio Philippus V. Hiſpaniarum Rex fidei Catholicæ propagandæ ſtudio incenſus, ſeſe voti Religione obſtrinxit extremas vires adhibiturum, ut hanc Urbem Mahometanis eriperet, eamque rurſus Eccleſiæ uniret. Eo conſilio Regium diploma publici juris fecit, cujus ſumma hæc eſt. „Firmum „fixumque habemus, nullum ex illis „locis, quæ Divina Providentia a pri„mis ſolii mei auſpiciis & Monarchiæ „hujus regimine nobis commiſit, a „ſanctæ Eccleſiæ gremio, & vera Re„ligione Catholica ſegregatum agno„ſcere, ſed ea, quæ olim numero & ho„ſtium meorum potentia, & doloſis ma„chinationibus per nefas erepta fuerunt „recuperare ſtatuimus, hinc primas ſem„per quidem curas eo intendimus, qua „ratione & auxilio abſciſſa membra „Regno rurſus unire poſſemus: Verum „funeſta rerum viciſſitudo obſtitit, quo „minus animi noſtri propoſitum ad opta„tum

„tum exitum perducere, ac validas Sæc. XVIII.
„armorum vires nobis a Deo conceſſas A. C. 1732.
„hucusque eo impendere potuiſſemus.
„Ceterum, quamvis necdum ab aliis,
„iisque graviſſimis curis vacui ſimus,
„nihilominus Orani munitiſſimæ Urbis
„expugnationem haud ultra differre de-
„crevimus, eo potiſſimum nomine, eo-
„quod priſcis temporibus hæc eadem
„Civitas glorioſus fuerit ſcopus, quo
„verus Religionis Zelus, & Hiſpani
„populi fortitudo collimabat: Arden-
„tius adhuc nos ſtimulat mœror, quo
„hanc urbem Barbaræ gentis poteſtati
„ſubjectam, proin Sacræ Religioni adi-
„tum interclufum, & Hiſpanæ oræ
„incolas in duram ſeveritatem abigendi
„occaſionem Infidelibus eſſe datam do-
„lemus, ac haud immerito pertimeſci-
„mus, ne Africani bellum terra mari-
„que gerere ſemel edocti, hujus loci
„opportunitatem & portum adjacen-
„tem in rem ſuam vertant, vicinisque
„Hiſpani Imperii Provinciis ingens
„damnum ac præjudicium inferant,
„præcipue eo tempore, quo finitimæ
„hujus Regni oræ minus valide mu-
„nitæ, ac negligentius cuſtoditæ fo-
„rent. Implorato igitur Divini Nu-
„minis auxilio, ad obtinendum tam ſa-
„lutaris conſilii ſucceſſum prope Ali-
„cantam triginta armatorum millium
„exer-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„exercitum contrahere, & validam „claſſem inſtruere decrevimus: Hortamur inſuper Toletanum Epiſcopum, „ut pro felici expeditione in omnibus „Eccleſiis publicas ad Deum preces „indiceret.„

Abrupta igitur omni mora Rex majoris molis naves, quam multas potuit, Franciſco Cornejo rei maritimæ Præfecto comparandas, regendasque committit, triremium cura Ludovico Reggio relicta: peditum vero equitumque ad terreſtre bellum Montemaro Comiti ſummum attribuit imperium. Vix unquam Hiſpani expeditionem apparatu majore, & ſpe victoriæ alacriore ſuſceperunt: Conſtabat claſſis navibus bellicis quinquaginta tribus, partim triremibus, partim prædatoriis & myoparonibus, præter quingentas onerarias & vectorias naves, queis bellica tormenta, machinæ, commeatus, & terreſtris exercitus imponebatur. Jam quinta decima Junii die claſſis Hiſpana velis non minus certa victoriæ fiducia, quam ventorum felicitate tumidis Alicantano portu ſolvit, coorta tamen horribili fædaque tempeſtate per ſeptem omnino dies prope Chartagenam cum morte & fluctibus luctari compulſa. Tandem reſtituta maris tranquillitate die vigeſima tertia ejusdem Menſis

Afri-

Africanam oram prætervecta ſeſe Mauris ſpectandam dedit. Aderat illa biduo poſt in conſpectu Oranienſis propugnaculi, ubi copiæ terreſtres Maſalquiviro, quod una leuca Orano diſtabat, in terram exponebantur. Imperantur ad obſidionem neceſſaria, & Montemari, ceterorumque Ducum in confirmandis militum animis adverſus hoſtem intenta ſedulitas quaquaverſum diſcurrit, apte componuntur naves ad prælium, belli tormenta ad impreſſionem, & milites ad aſſultum: brevi tamen patuit, Hiſpanos non incidiſſe in hoſtes ignavos & ſomno ſtratos, ſed in pervigiles & ad ſtrenuam defenſionem paratos: Plurimum enim negotii faceſſerat jam primis auſpiciis agger littori incumbens, duodecim grandioribus belli tormentis munitus, quem exiguo intervallo excipiebant duo alii, tam ſcite ad belli leges erecti, ut non barbarum, ſed Europæum militarem Architectum proderent.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

In ipſo etiam portu ad omnes caſus intentum hæſerat majoris molis navigium præter quinque alia promptam in opem expedita: Armamentarium quoque pluribus belli tormentis, quæ expugnato oppido olim Hiſpani reliquerant, & annona ſatis inſtructum, præterea præſidiarii plusquam quinquageſies



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

mille in urbe recenſebantur. His tamen omnibus ſuperior erat Hiſpana fortitudo; captis enim, quæ in portu erant, navibus, prima e tormento exploſa pila hoſtilis prætoriæ vexillum, certe omine ſat bono, dejecit, & poſt acres, cruentasque velitationes multo Mauris iniquiores tandem totus exercitus exſcenſionem feliciter fecit. Nec ideo tamen abſterrentur hoſtes, qui collectis ſignis pedem quidem referunt, ſed eo conſilio, ut puteum quemdam Hiſpanis præriperent, inde tamen ab egregio Belliduce Patinho non modo rejecti fuere, ſed inſuper Hiſpani collem haud modice aſſurgentem occuparunt; non ſine magno exercitus emolumento; quippe hujus ſitus opportunitate a Maurorum telis ſiniſtra Catholici exercitus ala percommode tegebatur. Hoc bellicæ fortitudinis præludio animati Hiſpani, ut tutum ad mare a terra acceſſum haberent, propugnaculum exſtruere moliuntur, quo tamen comperto Mauri fabros & foſſores operam molientes perturbaturi confertim accurrunt: viciſſim Hiſpani, ubi majus periculum, majore pugnandi aviditate confluunt; nec tamen ſegniores Africani novis armatorum ſuppetiis nutantes erigunt, unde factum, ut tam Mauris, quam Hiſpanis ſubinde alios

&

& alios ſubmittentibus, decretorium iniretur prælium, quod utrinque animis ad vincendum obfirmatis integras quatuor horas tenuit: Tum vero confertis non uno pugnæ genere manibus, ſimul ſclopis, ſimul haſtis gladiisque, ſimul globorum & telorum jactu certatum: tandem vero Mauri irruentium impetum diutius ſuſtinendo impares, ſolutis ordinibus in fugam effuſi ſunt. Hiſpanorum tam acri, diuturnoque conflictu quadringenti circiter, nec plures cecidere, longe major erat hoſtium occiſorum ſtrages, de certo tamen numero conſtare non potuit, eoquod pro more hujus gentis trucidati & ſaucii mox ex acie in urbem delati fuiſſent.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Altera die Hiſpani continuato victoriæ curſu hoſtem inſequi decrevere; ſed præter omnem exſpectationem ne unicum quidem ex Mauris deprehendere poterant; tanta enim eorum erat trepidatio, ut non modo prælii campum, ſed & cunctas arces, ipſam adeo Oranum Urbem derelinquerent; incaſſum quippe promiſſas Barbarorum ſuppetias exſpectabant, & quamvis, tardius tamen, decem Arabum & ſex Turcarum millia advolarent, Bigotillus tamen Orani Gubernator potius conſervandis ſuis opibus, quam defen-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

dendæ Urbi intentus, cum ſuis Moſtaganum usque noctu aufugit: Eadem adhuc die Hiſpani a Gallis & Anglis Conſulibus pudendam Maurorum fugam edocti, Urbem, arces, & caſtra prope Maſalquivirum poſita nemine reſiſtente, occupant. Porro victoriæ complemento adhuc obſiſtere videbatur ipſum Maſalquivirum, munimentum arte & natura validiſſimum; aſt Gubernator metu perculſus, pacta præſidiariis vita & libertate, ultro deditionem fecit. Commiſſa dein plura cum Mauris prælia, variante quidem fortuna, ſæpius tamen Hiſpanis propitia: Unde hi vicinam Regionem victoriis emenſi, a Septa quoque, facta ſæpius eruptione proſpera, hoſtem depulerunt, trucidatis plusquam Maurorum tredecim millibus: tandem vero ob ſterilitatem terræ, crebrosque morbos ex nimio ſolis æſtu ingraveſcentes, præſidiariis Orano & Maſalquiviro impoſitis Victores in Hiſpaniam die trigeſima prima Julii receſſerunt, ubi Rex Montemarum & Patinhum Belliduces ob rem bene geſtam aureo vellere remuneravit. Ita nempe Religionis tutela ac patrocinium procurat amplum Regni incrementum. Pontifex vero per Regis Catholici literas de expugnato Orano certior factus,

Deo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Deo pro tanto favore grates repenſurus ſupplicationes publicas decrevit, feſtivisque ignibus tantæ rei ſucceſſum nunciari voluit. Sæc. XVIII. A. C. 1732.

## §. XI.
## *Res Polonicæ.*

De diſſidio, quod inter Clementem XII. Papam & Polonos præcipue ob prætenſum jus Patronatus in omnes Cathedrales & Collegiatas Regni Eccleſias exoriebatur, jam ſupra mentionem ingeſſimus: nunc vero de reddenda concordia actum; poſtquam enim Vincentius Santinius Sedis Apoſtolicæ Nuntius obierat, Camillus Paolutius novus ſummi Pontificis Nuntius, quamprimum Varſoviam advenerat, cum Comite de Tarlo Roma reverſo de concordiæ conditionibus ſerio egit, remque eo adduxit, ut quædam pacta, *concordata* vocabant, Comiti proponeret, quibus ita Pontifici ſatisfactum, ut Regis ac Reipublicæ juribus nihil decederet: Sub idem tempus Grodnæ datum erat initium Regni comitiis, quibus tamen mox diſſolutis Proceres privatum habebant conventum, de maximis Reipublicæ negotiis conſultaturi. Ad hos ergo Comes totam rei cum Nuntio Apoſtolicæ geſtæ ſeriem

*Vide ſupra pag. 21. Tom. 72.*

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

riem perſcripſit, & conditiones, de quibus cum illo conveniſſet, tranſmiſit: Tantopere hæc pacta probabantur Proceribus, ut die ſexta Septembris edito Senatus conſulto decernerent, quatenus Comes de Tarlo ſuas cum Pontificio Nuntio conſultationes proſequeretur, gratesque ſummo Pontifici ob propenſam ſuam concordata promovendi voluntatem rependeret, eumque certiorem redderet, quod Reſpublica vel minimam Sedi Apoſtolicæ moleſtiam inferre adeo non intendat, ut potius ejusdem votis in proximis Regni comitiis plene ſatisfacere parata eſſet. Cum autem denuo comitia ad hunc annum indicta, priusquam initium acciperent, diſſolverentur, in Senatus Conſilio decretum fuit, ad annum ſequentem, inſuperhabitis reclamantium motibus, comitia Varſoviæ eſſe celebranda, interim vero declarationem Anno 1729 & ſequenti a Senatus Conſilio factam, eſſe examinandam, & controverſiæ deciſionem promiſſamque ſatisfactionem ob diſſoluta comitia dilatam apud ſummum Pontificem humili excuſatione purgandam eſſe. Attamen hæc pacificationis negotiatio rurſus interveniente Regis obitu interciſa fuit, & duntaxat anno hujus ſæculi trigeſimo ſeptimo die

octava

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

octava Julii in Senatus Conſilio ſtatutum, ut Sandomirienſis Præfectus litem circa regium jus Patronatus cum Pontificis Nuntio componere ſatageret. Sæc. XVIII. A.C. 1732.

Majore clamore Diſſidentium cauſſa agitabatur; jam enim anno hujus ſæculi trigeſimo Poſnanienſis Suffraganeus Franciſcus in Katnow Karnowskius Epiſcopus Domitiopolitanus, & Vicarius Generalis Calviniſtis & Lutheranis Prædicantibus ſua dogmata ſpargere inhibebat, ex Cancellaria officii Conſiſtorialis Poſnanienſis die ſeptima Decembris præfati anni transmiſſo ad Clerum ſuum ſequenti decreto:

*Admodum Reverendis, Venerabilibus, honorandisque Viris, Præpoſitis, Parochis, Commendariis, Vicariis, Altariſtis, aliisque legitimis Executoribus, tenore præſentium requirendis, Salutem in Domino.*

„Mandamus vobis in virtute ſanctæ „obedientiæ & ſub excommunicationis „pœna, quatenus ad inſtantiam Venerabilis Inſtigatoris judicii & officii „noſtri actoris principalis perſonaliter „accedendo Honeſtandorum *Pſeudo-* „*Miniſtrorum* quosvis Sectæ Lutheranæ „& Calvinianæ Scholiregos ac ejus„dem ſectæ promulgatores & Prædi-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„catores in Decanatu Zbaczrinenſi
„exiſtentes, per nos a tergo nominan-
„dos ipſis auctoritate noſtra inhibeatis
„ſerio, & diſtricte præcipiatis, quibus
„etiam nos per præſentes ſerio inhibe-
„mus & diſtricte præcipimus, ne ipſi
„quovis prætextu, quæſito colore vel
„ingenio directe, indirecte, tacite vel
„expreſſe per ſe vel per ſubordinatas
„perſonas, falſa, noxia & peſtifera ſuæ
„ſectæ dogmata cum ſummo fidei or-
„thodoxæ Romano-Catholicæ præju-
„dicio ſecundum Conſtitutiones regni
„Synodales, quin & provinciales, in
„libero Regno Poloniæ, in quo ſolum-
„modo hæretici tolerantur, non domi-
„nantur, in perditionem animarum
„Chriſtifidelium promulgare, prædi-
„care, docere, idque ſub Pœna cen-
„tum Hungaricalium aureorum per ſu-
„pra ſcriptos inhibitos in eventu con-
„travenientionis ſolvendorum, & per
„Nos piis locis applicandorum in ſub-
„ſidium Juriscaptivationis pœnam, au-
„deant & præſumant. Citantes ni-
„hilominus uno eodemque præſentium
„literarum contextu dictos Prædican-
„tes, Scholiregos, tum quoque ſectæ
„Lutheranæ & Calvinianæ promul-
„gatores ad Nos judiciumque noſtrum
„Conſiſtoriale generale Poſnanienſe,
„pro die & termino infra ſcripto, ad
„vi-

„videndam & audiendam noſtram hu- Sæc. XVIII. A.C. 1732.
„jusmodi inhibitionem in ſuo robore „conſervari, pœnasque ſuperius com- „minatas in eventu contraventionis „inhibitionis noſtræ easdem ſuccu- „buiſſe declarari, ac id quod juris & „juſtitiæ fuerit, ſtatui, decerni & ſen- „tentiari, cætera quoque terminum „ipſis ſextam diem ab executione præ- „ſentium computandam coram nobis „judicioque noſtro, perſonaliter legi- „time comparendique peremptorium „aſſignamus.„

Hoc Epiſcopi decreto Calviniſtæ & Lutherani, qui in Polonia ob continua diſſidia, quibus Regnum in partes ſcindebant, diſſidia *Diſſidentes* vocantur, graviſſimam ſibi injuriam, ſuisque ſectis detrimentum fuiſſe illatum autumabant, eapropter querulis ſuis vocibus cælum terramque implebant, armatam Proteſtantium Principum opem implorabant, ipſasque Auguſti II. Poloniæ Regis aures tam importunis precibus ac lamentis verberabant, ut Rex querelarum tædio expugnatus, & neſcio, quæ mala veritus, ſequenti anno Varſavia ad eundem ſuffraganeum has daret literas: „Reverende in Chriſto Pa- „ter, ſincere nobis dilecte: quemad- „modum Reverendum in Chriſto Pa- „trem Epiſcopum Posnanienſem ſeorſim

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„literis noſtris pro Diſſidentibus in Re„ligione datis convenimus, ita & Sin„ceritatem veſtram conveniendam & „requirendam eſſe duximus, ut eos„dem Diſſidentes in religione, eorum„que Prædicantes Venerabilibus De„canis & aliis Sacerdotibus in per„agendis officiis antiquitus obſervari „ſolitis ad Conſiſtorium Posnanienſe „evocare, inhibitionibusque moleſtare „pacemque & tranquillitatem Diſſi„dentium legibus & confœderationibus „ac juramento noſtro cautam turbare „non permittat, & in eo ſtatu, in quo „fuerunt ante, exercitii ſuæ Religionis „manere curet, cui de cætero bonam „Valetudinem a Deo precamur. „

Attamen Decani, ac Posnanienſis Diœceſis Parochi juxta mandatum ſui Suffraganei die vigeſima nona Decembris anno priori promulgatum ſectæ libertati obicem ponebant, quocirca Diſſidentes ex Regiis Conſiliariis atque Aulicis ſibi addictis quosdam convenere, ſupplices, ut eorum cauſſam apud Regem tuendam in ſe ſuſciperent, eorumque nomine libellum ſupplicem ei porrigerent. Nec inanis horum erat deprecatio; quippe eodem adhuc anno Rex ad præfatum Suffraganeum hæc reſcripſit:

„Re-

„Reverende in Chriſto Pater, ſin- Sæc. XVIII. A. C. 1732.
„cere nobis dilecte, cum ex relatione
„ceterorum Conſiliariorum noſtrorum
„& ſupplici libello nomine Diſſiden-
„tium in Religione in Diæceſi Posna-
„nienſi Sinceritatis veſtræ habitantium
„nobis porrecto intellexerimus, quo-
„modo Venerabiles Decani & alii Sa-
„cerdotes ejusdem Diæceſis Prædi-
„cantes & Scholarum Rectores in admi-
„niſtrandis peragendisque eorum offi-
„ciis antiquitus obſervari ſolitis cita-
„tionibus & inhibitionibus præcipue
„de data die vigeſima nona Decembris
„anni proxime præteriti & aliis tem-
„poribus ſub diverſis actibus ad di-
„verſa loca cum inhibitione e Conſi-
„ſtorio extraditis impediant, per id-
„que pacem & tranquillitatem inter
„eosdem Diſſidentes in Religione a Se-
„reniſſimis Anteceſſoribus noſtris &
„nobis ipſis cautam & juratam confœ-
„derationibus regni præcuſtóditam in-
„terturbent. Ideo ad Supplicationem
„eorum Sinceritatem veſtram præſen-
„tibus conveniendam & requirendam
„eſſe duximus, ut hæc & ſimilia at-
„tentata moleſtiasque ipſis inferri, pa-
„cemque & tranquillitatem eandem
„Diſſidentium in religione turbari non
„permittat, imo proceſſus eosdem ul-
„terius proſequi & continuare inhibeat,

„ac

Sæc. XVIII. A.C. 1732.

„ac in eo ſtatu & exercitio officiorum „ſuorum, in quo fuerunt, juxta præ„ſcriptum confœderationum publica„rum manere ipſos permittat & con„ſervet conſervarique curet. Cui de „cætero bonam valetudinem a Deo „precamur.„

Brevi tamen Regem nimiæ ſuæ indulgentiæ pœnituit; Diſſidentes enim ſe a prætenſis moleſtiis plene liberos eſſe, haud contenti, ampliores adhuc circa ſectam ſuam favores extorquere moliebantur: Eo fine iteratis literis Acatholicos Principes fatigabant, eisque querulis vocibus exponebant, ſe a Clero, & præcipue Posnanienſi Epiſcopo dire vexari, & tam Lutheri quam Calvini dogmata atris coloribus depingi &c. Horum igitur lamentis permoti Principes, ſuis in Aula Polonica Oratoribus negotium dedere, ut Regem urgerent, quatenus Diſſidentibus *plenam* Religionis ſuæ libertatem concedere velit. Ex his ergo Calvinianus Fœderatorum Ordinum Orator Carolus de Rumpf die vigeſima quarta Februarii anno hujus ſæculi trigeſimo primo Varſovia datis ad Regem literis pro Diſſidentibus, utpote fideliſſimis ſubditis deprecabatur, petens, ut in proximo Senatus conſilio, necnon in Equeſtris Ordinis comitiis Diſſidentium tran-

tranquillitati per media Regni legibus conſona, & ab Angliæ Rege propoſita conſuleretur. Sub idem quoque tempus Hoffmannus Regis Boruſſiæ Legatus in eadem cauſſa ad Regem hæc perſcripſit:

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

*Sereniſſime ac potentiſſime Rex, Domine Clementiſſime.*

„Quam gravi afflictione Diſſiden-„tes a Romana Catholica religione „Regni Poloniæ & M. D. Lutheranæ „incolæ, hucusque oppreſſi ſint & in „diem premantur, prolixis Sacræ Re-„giæ Majeſtati veſtræ enarrare verbo-„rum ambagibus & dolor prohibet, „quo afficiuntur, qui male ſanati vul-„neris ulcera aeris intemperiei ſæpius „exponunt, & evidentia rei toties ite-„ratis vicibus ſacræ Regiæ Majeſtati „veſtræ & univerſæ Reipublicæ ob „oculos poſitæ. Sane criticus ille „dies, qui motus Reipublicæ inteſti-„nos ſalubri ſedavit pacificatione, cum „feliciſſimus exiſteret parti Reipublicæ „uni, funeſtiſſimus evaſit alteri Alum-„norum, qui quondam Sanguine, Pena-„tibus, Patria, Nobilitate, legibus „& Privilegiis, cæteris æqualiter „juncti fuerant, diverſi reputati ſunt „& peregrini, ob cultum Divini Nu-

„minis

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„minis externe differentem & angu„ſtiores conſcientiæ terminos ſcrupu„losque. „

„Procul abeſt, Sereniſſime ac Po„tentiſſime Rex, ut Majeſtatem Veſtram „in cauſſis habeam, unde tanta ma„lorum effluvies in miſeros promana„verit Diſſidentes, cum gratia & „clementia Sacræ Regiæ Majeſtatis „Veſtræ univerſo cognita terrarum „orbi, ſpecialiter ſeſe exeruerit in de„claratione & explicatione favorabilis „articuli, ex cujus abuſu tanta perſe„cutionum congeries vim & originem „ſuam traxiſſe in aprico eſt. Nec eſt, „quod prima Reipublicæ capita, inter „quæ illuſtriſſimos & excellentiſſimos, „Primatem Regni, Cracovienſem, Vil„nenſem, Samogitiæ cæterosque Epi„ſcopos referre lubet, cointelligentiæ „arguam, & potius Diſſentientes, quo„rum cauſſam nomine & juſſu Sere„niſſimi Boruſſiæ Regis, Domini mei „Clementiſſimi, hic ago, illorum fi„dei, favori & protectioni concedere „minime dubitem; memores etenim, „quid religioni quam profitentur, quid „patriæ, quid concivibus debeant, „cum de propugnandis fidei ſuæ dog„matibus & munere ſuo & officio ſo„liciti obligentur, violentiam quam„cumque Chriſtiano nomine indignam

„ab-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„abhorrere, hinc paſtores videas gregem ducentes, non cogentes, illinc „immunitatum patriarum & diſpoſitionum antiquarum ardentiſſimos defenſores. Miſere diſcruciati Diſſentientes a mediocribus vexantur, qui „vel ob judicii defectum ex perſuaſione „malevolorum vel ex ignorantia legum „patriarum, vel Zelo immoderato „ducti, vel demum auri ſacra fame „ſtimulati, collatis quaſi ſignis in diſſentientes irruunt, ædes cultui divino ſacratas deſtruunt, verbi divini „miniſtros expellunt, expulſos perſequuntur, ædium reparationem impediunt, & devotionem fere omnem „interdicunt, uti ex innumeris fere „aliis recentiora hic adjiciendo ſub literis A. & B. Sacræ Regiæ Majeſt. „Veſtræ humillime offerre viſum eſt. „Præprimis inhibitorium in Diæceſi „Posnanienſi nuper 7. Sept. a. p. publicatum, quamvis injurioſiſſimum, „utrum indignatione vel commiſeratione dignum, incertum eſt; illud „ſuadet conſequentia ob effectum inde „metuendum, hoc rationum allegatarum tenuitas vel ipſorum Romano-Catholicorum recte ſentientium contemptui explanata atque expoſita. „Utrique ſatisfacturus, cum non erubuerint, quibus animi ſui interiores

„affe-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„affectus prodere volupe fuit, vindi„cando characteris ſacri honorem & „venerando dignitatem Eccleſiaſticam, „ipſemet ego in vicem illorum erubeſco. „In hos, Sereniſſime Rex, animad„vertendum, his fraenum imponen„dum, ne in contemptum Authorita„tis Regiæ & Reipublicæ, violentiæ „indulgere præſumant. Horum licen„tiæ obex objiciendus, ne deſtruendo „patria & ſanguine ſibi junctos in pro„pria cum damno cauſſæ communis „ſæviant viſcera. Ejusmodi mandata „ſunt abolenda, ne poteſtatem legis„latoriam privatis conceſſam, ali„quando doleat inclyta Poloniæ Res„publica.„

„Faveas ergo illis, Auguſtiſſime „princeps, quos nulla rebellionis vel „ſeditionis macula contaminatos fide„les ſemper tibi ſubditos expertus es. „Faveas illis, qui ad umbram alarum „tuarum confugiunt, inde non receſ„ſuri, niſi ſub præſidio tuo tuti & de „protectione ſecuri. Tuearis, quos „ſolemnia juramenti vincula curæ, „gratiæ ac clementiæ tuæ æque ac „reliquam prolem Polonicam concre„ditos habes.

„Faveatis Patres Reipublicæ con„ſcripti ovili licet diverſo ſeparatis, „eodem tamen paſcuo vobiscum fruen„tibus

„fruentibus, ab eodem paſtore ductis. Sæc. XVIII. A. C. 1732.
„Recipiatis in ſinum paternæ veſtræ „indulgentiæ, & foveatis, qui cum „ſint ingenui filiorum adoptivorum „nomine acquieſcunt. Præſidium eſtote „miſere afflictis contra injurias inimi„corum, qui fulcra patriæ & reipu„blicæ vocari meremini. Hoc eſt, „quod Sereniſſimus Boruſſiæ Rex, Do„minus meus Clementiſſimus, a juſti„tia & æquitate ſacræ Regiæ Majeſta„tis Veſtræ & inclytæ Reipublicæ ex„pectat, eodem favore, eadem clemen„tia in Romano Catholicos ſibi ſub„ditos acturus.„

„Hæc ſunt ardentiſſima vota mi„ſere hucusque oppreſſorum (Evan„gelicæ æque ac Græcæ Religioni ad„dictorum). Hoc demum eſt, quod „ſupplicibus precibus a Sacra Regia „Majeſtate Veſtra ante diſceſſum in „Saxoniam (quem feliciſſimum, uti „reditum feliciorem apprecor) juſſu „Domini ſui clementiſſimi expetit, „qui ſummo Devotionis cultu in ſem„piternum permanebit.„

Pariter Ruſſiæ Imperatrix per ſuum Oratorem Comitem de Löwenwolde die vigeſima quinta Februarii Polono Regi exponi curavit, quod tam in Polonia quam in Lithuania diſſidentes ſub prætextu quarti articuli in tractatu

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Varſovienſi Anno 1717. ſub Petro I. Cæſare erecti acerbe vexentur, & Græci ibidem graviter opprimantur, eapropter Imperatrix ſupplicaret, ut Mohilowicenſem Epiſcopum Barloum Regia ſua Majeſtas pro veteri more ſibi commendatum haberet, huncque Epiſcopum conſueto privilegio honoraret; inſuper & reſcriptum Pollovicenſi Archiepiſcopo conceſſum irritum nullumque declararet. Poſtea Orator querebatur, quod Ruſſiæ ſubditi fines Imperii excederent, ac ſeſe Polonorum protectioni ſubjicerent, & denique Poloniæ Proceres Ruſſiam infeſtis excurſionibus vexarent, Ruſſorum non paucis impune trucidatis. His ergo violentiis ac oppreſſionibus obicem poni efflagitabat Orator.

Cum autem Thorunenſes Calviniſtæ Regium decretum anno Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quarto contemnerent, & Gymnaſium ſuum, uti juſſi erant, extra urbem transferre negligerent, imo etiam Præcones ſuos in exilium detruſos, proprio arbitrio denuo in Civitatem invehérent, hinc Rex ineunte Menſe Auguſto eos coram Regio Tribunali comparere juſſit, ut ſuæ inobedientiæ rationem redderent. Hi vero culpam excogitatis ultro gravaminibus pro-

mo-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

more ſuo purgare intenti, Dantiſci nonaginta articulis ſuas querelas complexi ſunt, illas in proximis comitiis expoſituri. His vero diſſolutis, quod via juris obtinere deſperaverant, concitato Biſchovii & Junovii tumultu extorquere moliebantur, jactato obtentu, quod in primo loco Græcis, in altero ſua Lutheranis Templa fuiſſent erepta: igitur Biſchovii ad arma convolant, vim adhibent, atque in obvios quosque Catholicos debacchantur, plurimos ſauciant, & non paucos interficiunt: Cruentam hanc injuriam reparari, efflictim petebant Catholici, mox autem pari furore Lutherani in Catholicos tumultuabantur, atque inter alios etiam Junovii Epiſcopi Officialem, Caminenſem Canonicum, duosque alios Catholicos vim ſacrilegam inhibere intentos, multis vulneribus afficiunt, & trucidant. Catholici, ubi petulans facinus inaudiere, vim vi repellere coacti, e vicinis pagis confluunt, in furioſos ultricibus armis irruunt, eos diſſipant, utque ſua fana, tot tumultuum incentiva, ſolo æquarent, compellunt, necnon primores, unacum quodam Præcone præcipuo turbarum promotore ad Judicis Tribunal rapiunt, promeritis pœnis plectendos. Ita nempe *raro*, inquit Livius, *Dii*

 *ipſi*

Sæc. XVIII. *ipſi admovent nocentibus manus, ſatis eſt,*
A. C. 1732. *ſi occaſione ulciſcendi læſos in eos arment.*

## §. XII.

## *Novi Proteſtantium motus in Hungaria.*

Quamvis Carolus VI. Imperator anno priori die vigeſima prima Martii per ſuum decretum ad Proteſtantium in Hungaria querelas perbenigne reſpondiſſet, eisque amplam ſectæ ſuæ libertatem conceſſiſſet, his tamen nondum contenti Calviniſtæ, contra legitimum ſuum Principem exterorum & præprimis Helvetiorum opem implorarunt. Eo fine hoc anno die octava Julii Tigurini ad Fœderatos Ordines literas dederunt, in quibus expoſuere, ſibi certo conſtare, quod ſuæ Religionis rebus in Hungaria & Tranſylvania ingens immineret ruinæ periculum; Cæſarem enim ad nuperum decretum contra Proteſtantes edendum a Catholicis fuiſſe inductum, & per articulum tertium, quo *præſcriptio in poſſeſſione bonorum immobilium a Joannis Regis regimine nulla declararetur*, extremum Eccleſiis parari excidium, ſe quidem pro conſervanda Religionis ſuæ libertate, Cæſarem efflictim rogaſſe, nihil tamen profeciſſe, nullum ergo eorum calami-

tatibus

tatibus magis efficax opponi poſſe remedium, quam potentiſſimorum Proteſtantium Principum deprecationem, hos vero privatas ob cauſſas Cæſaris ſolium accedere eſſe præpeditos, eapropter rogare ſe, ut ſuo in Aula Cæſarea Adminiſtro injungerent, quatenus gravibus rationum momentis rem eo inducere velit, ut Calviniſtæ in Hungaria & Tranſylvania ſuis libertatibus juribusque frui permitterentur &c. His literis permoti Ordines Fœderati die vigeſima quinta ejusdem Menſis Hamelio Bruynix Hollandico apud Cæſarem Oratori injunxere, ut cum reliquorum Principum Proteſtantium Miniſtris Viennæ ageret, qua ratione Hungaris & Tranſylvanis Calviniſtis per Ordinum interceſſionem ſuccurri poſſet. Haud abſimiles literas Tigurini etiam ad Fridericum Guilielmum Boruſſiæ Regem dedere, qui eis quoque die vigeſima nona Julii reſcripſit, ſibi probari eorum ſollicitudinem pro conſervanda re Evangelica, ſe quoque jamjam decreviſſe, non modo afflictas Hungarorum res Cæſari exponere, ſed etiam cum ceteris Evangelicis Principibus deſuper conſilium inire, nec etiam dubitare ſe, quin Cæſaris animus aliunde ad miſerationem & clementiam propenſiſſimus oppreſſis

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII
A. C. 1732.

Religionis ſuæ ſociis validam opem præſtiturus eſſet.

Non minus ad Helvetiorum vota benigne annuit Georgius Angliæ Rex, qui ex Palatio ſuo Herrenhuſano die duodecima Auguſti ad illos has dedit literas: „*Illuſtres, atque ampliſſimi Do-* „*mini, Amici noſtri cariſſimi!* Accepi- „mus literas veſtras die menſis Julii „noviſſime præterlapſi communi veſtro „Nomine ſcriptas, ex iisque animad- „vertimus, quanta cum ſollicitudine „rebus *Eccleſiarum in Hungaria & Tranſil-* „*vania Reformatarum* invigiletis. Pie- „tatem equidem veſtram & *afflictorum* „*Proteſtantium* Commiſerationem plu- „rimum laudamus. Et nos quoque „triſti dictarum Eccleſiarum ſtatu per- „moti, earumque juſtis querelis ſola- „tium, quantum in nobis eſt afferr „cupientes, Miniſtro noſtro plenipoten- „tiario in Aula Cæſarea degenti, in „mandatis dedimus, ut operam con- „ferat enixiſſimam, quo Immunitates „& Privilegia antiqua hiſce Eccleſiis „ſine labe conſerventur. Speramus- „que, quod Majeſtas S. Cæſ. & Catho- „lica pro ſumma ſua æquitate & Cle- „mentia ſubditorum etiam *Proteſtantium* „ſine ulla ſua culpa male habitorum „Supplicationes benigne exaudiri haud „dedignabitur, de cætero autem vos

„ve-

„veſtraque omnia divini Nominis Tu- Sæc. XVIII.
„telæ ex animo commendamus.„ A. C. 1732.

## §. XIII.

### *Prætenſa Religionis gravamina Ratisbonæ in comitiis ab Hungaris Proteſtantibus inſinuata.*

Horum Principum patrocinio audaciores facti Proteſtantes in Hungaria & Tranſylvania agentes, ut juſtam querulandi cauſſam habere viderentur, undecim Religionis gravamina excogitarunt, eaque in comitiis Ratisbonenſibus clam inſinuarunt. Querebantur ergo I. in Iſenacenſi Comitatu quadraginta quatuor (*) Templa eis fuiſſe erepta; nempe Catholici ſibi injuſte ablata repetebant. II. Die vigeſima quarta Maij hoc anno Voigtum Prædicantem Chemnitii defunctum fuiſſe, nec tamen adhuc eidem alium fuiſſe ſubrogatum, fruſtra id Viennæ petentibus Calviniſtis. III. Leutſchaviæ Fahnſchmidtio & Antonio Chetrinio Superintendentibus interdicta eſſe officia Conſiſtorialia & ordinationes. *Vid. p. 28.*

 IV.

(*) Quidam Lutheranus in ſua demonſtratione contra Jablonsky Epiſtolam Apol. ait, quod Calviniſtæ Lutheranis bis mille Eccleſias ſubripuerint. Et tamen hi ſilent.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

IV. Caſſoviæ in Hungaria Superiore Eccleſiam ruinæ proximam reſtaurare inhibitum. V. Solam Grammaticam, non autem Philoſophiam & Theologiam in Scholis docere, licitum eſſe. VI. Univerſitates exteras frequentare Studioſis quidem ſeveriſſime inhibitum eſſe, eos tamen ſpreto hoc interdicto, ad illas excurrere, ſed occulte, & ſe opificum famulos eſſe mentiendo. VII. Parochos Catholicos Puerperis ingreſſum in Eccleſiam denegare, niſi Catholicam fidem amplecterentur. VIII. In matrimoniis mixtis, ſi Pater ſit Religione Catholicus, utriusque ſexus proles in eadem Religione educari, cum tamen antea Patri filios, & Matri Filias in ſua cuivis Religione inſtituendi facultas data fuiſſet. IX. Ad Catholicorum feſtivitates præcipue ad ſolemnem ſupplicationem in feſto Corporis Chriſti opificiorum Magiſtros compelli. X. Pagorum Parochos nolle, rudium matrimoniis bene precari, niſi ſponſa fidem Catholicam profiteretur. XI. Denique ad ægrotos prius vocari Parochum Catholicum, huncque eis Catholicæ Religionis motiva proponere, his demum nihil proficientibus, primum Prædicanti licitum eſſe, infirmum accedere. Poſtquam frivolæ hæ Proteſtantium Hungarorum querelæ ad

ad plurium notitiam Ratisbonæ pervenerant, earum occaſione eruditæ quædam Reflexiones in Religionis gravamina identidem Ratisbonæ in comitiis apud Corpus Evangelicorum delata contra *locales Commiſſiones* Cæſareas a Proteſtantibus petitas, nomine Statuum Catholicorum in publicum prodiere. In illis Author demonſtrat, prætenſa ejusmodi gravamina potiſſimum fundari in falſa perſuaſione, qua Proteſtantes *ob nudum poſſeſſionis factum* reſtitutioni locum eſſe contendunt, & perperam *localem Commiſſionem* extorquere nituntur. Harum reflexionum analyſin facere, operæ pretium eſſe videtur. Præprimis ergo Auctor commendat Imperatoris ſtudium, quo gravamina ab Anno 1719. a Proteſtantibus in comitiis propoſita tollere ſtuduit: Catholici quoque, inquit Auctor, debita ſubmiſſione exequi parati erant, quicquid Sacra Cæſarea Majeſtas pro conſervanda Imperii quiete, & concordia cum Acatholicis Imperii Statibus juxta pacem Weſtphalicam & leges fundamentales decretura eſſet: nec his contenti, inſuper omnem, quantum in ipſis erat, operam promptiſſime contulerunt, ut æquiſſima Cæſaris conſilia eo facilius citiusque in uſum deducerentur; cum enim eadem Majeſtas

Sæc. XVIII. A. C. 1732.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

per *Commiſſionis*, ut vocant, decretum Anno 1720. die 12. Aprilis hæc gravamina per Imperii deputatos diſcuti, & juxta Imperii leges tolli præcepiſſet, Status Catholici hunc tractandi modum eo lubentius acceptarunt, quo firmius ipſe a Religionis pace originem ſuam repetat, & jam Anno 1704. ab Auguſtanæ Confeſſionis Statibus ceu utilior fuerat deprædicatus, & in toto Romano Imperio unanimiter receptus: Cum autem Proteſtantes e contrario, quia hoc remedio amplam gravamina accumulandi, & per ea ſuam ſectam ampliandi viam ſibi vix non interclusam credebant, illud unionis medium rejicerent: Status autem Catholici, ut ſinceram ſeriamque ſuam concordiæ reſtituendæ voluntatem teſtatam redderent, illis ceſſere, permittentes, ut hoc negotium Ratisbonæ inter utriusque Religionis Oratores pertractaretur. Sperabant igitur Catholici, ut hac via omnes ejusmodi lites eo certius terminandæ eſſent, quo ſalubrius Cæſarea Majeſtas die 14. Novembris eodem anno decreto ad plures Catholicos Imperii Principes dato præceperat, ut omnes novitates contra pacem Badenſem invectæ ad priſtinum ſtatum revocarentur. Attamen brevi patuit, Acatholicis nullatenus concordiam cum

Catho-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Catholicis cordi fuiſſe, ſed duntaxat præfatum Cæſaris decretum interpretatione ipſis admodum propitia, & Catholicis ſummopere noxia eludere voluiſſe; ejus enim ope *reſtitutionem ad nudum factum poſſeſſionis* extorquebant, nullo facto diſcrimine inter ea, quæ vel ſolido jure vel per nefas acta, proin vel tollenda, vel approbanda eſſent. Ex adverſo Status Catholici recto tramite incedentes, ſibimetipſis viam ad juridicam, & amicabilem compoſitionem ſtraverint, dum Proteſtantium, ut appellant, *votum commune* die decima quarta Martii 1721. editum die 30. Maij, refellentes, luculenter diſtinxere inter caſus, in quibus præfatum nudum factum poſſeſſionis, & in eo fundata reſtitutionis poſtulatio locum habere valeat, vel non. Hanc tamen declarationem Acatholici ratam habere detrectarint, ac in alio *voto* ſuo die duodecima Septembris declararint, ſe cum Catholicis hac ſuper re non acturos, niſi prius *indiſtincte* omnia gravamina fuiſſent ſublata, & Status Religionis tempore Pacis Badenſis in Imperio exiſtens reſtauratus. Aſt adverſus tam iniquam ac captioſam petitionem Status Catholici die tertia Octobris reclamarunt, ac rei deciſionem æquiſſimo Cæſaris judicio reliquerunt. Nec eos

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

ſua

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

ſua feſellit fiducia; quippe Carolus VI. die vigeſima Martii anno hujus ſæculi vigeſimo ſecundo ad Catholicos Status reſcripſit, *ſibi firmum, fixumque eſſe, Proteſtantibus quidem nulla habita Religionis ratione jus dicere, nolle tamen permittere, ut hi aut ſectæ ſuæ ſocii vel minimum contra clarum pactorum publicorum, pacis concluſorum, aliarumque fundamentalium legum, & obſervationum tenorem per artificioſe detortas ejusmodi expoſitiones, (uti hucusque ferme in conſuetudinem deduxiſſent) ablandiantur, aut minis extorqueant.* Ut vero Cæſarea Majeſtas immotam hanc voluntatem ſuam luculentius teſtaretur, præfata ejus mandata pro reſtitutione ad Statum pacis Badenſis die ſeptima Decembris anno hujus ſæculi vigeſimo ſecundo ſub termino duorum Menſium ad omnes etiam immediatos utriusque Religionis Imperii Status extendit, præcepitque, ut per Cæſareos Commiſſarios in locis, ubi querelæ fuerunt motæ, nulla mora in cauſſæ merita inquiratur, & deſuper, quod æquum & juſtum eſt, auctoritate Cæſarea decernatur. His mandatis promptiſſime obtemperarunt Catholici, ſpe freti, quod eo modo, quem Imperator die 30. Maij Anno 1721. præſcripſit, pariter Proteſtantes junctis viribus ad promovendam reſtitutionem

præ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

præfatam concurſuri, & facta iniqua a juſtis ſegregaturi eſſent; ad quod ſane opportuniſſimum fuiſſet remedium in Imperii Conventu Anno 1723. propoſitum, & die nona Septembris ſæpius inſinuatum, ſcilicet amicabilis ſuper dicta reſtitutione tractandi modus, quem ipſimet Proteſtantes in ſuo *conferentiali* concluſo die decima quarta Auguſti quodammodo approbaſſe videbantur.

Præter omnem tamen exſpectationem tam in præfatum concluſum animadverſiones, quam alia ſcripta publica, & noviſſime literæ ad Cæſarem Ratisbona die nona Julii anno hujus ſæculi vigeſimo ſexto datæ & vigeſima quarta ejusdem Menſis a Saxoniæ Legato dictatæ prodierunt, quibus patuit, Proteſtantes denuo a commendato hoc tractandi modo reſilire, & non modo Cæſareo - localem Commiſſionem extorquere, ſed & reſtitutioni *juxta nudum factum poſſeſſionis* ad Statum pacis Badenſis inſiſtere. Tum vero Catholicis illuſerunt, perinde ac ſi nil aliud pro ſe ſuisque peterent, quam illud, quod pacis tractatibus, publicisque pactis conſonum eſſet, proin ſtatutorum limites non transgreſſuri, minus vero ejusmodi fundamentales Imperii leges

Sæc. XVIII. A C. 1732.

leges pro ſuo arbitrio vel commodo interpretaturi forent.

Hoc ſuppoſito haud comprehendi poteſt, quo jure, qua fronte a Cæſare, qui tamen æquiſſimus ac ſupremus Judex, necnon Imperii legum Cuſtos atque Executor eſt, præfatam reſtitutionem juxta nudum factum poſſeſſionis petere, & Cæſareo - locales Commiſſarios tanquam ad hanc reſtitutionem perutiles decerni, exigere poſſint, niſi prius quocunque demum modo vel quacunque via prius diſcutiatur, quænam ex propoſitis gravaminum factis contra jus & æquum fuerint, proin reſtitutioni obnoxia ſint? Certe Catholicis imputandum non erit, ut ſine exceptione, & absque caſuum diſtinctione exiguas illas exercitii ſui reliquias ipſis ceterisque omnibus liberis ac immediatis Imperii Statibus relictas, & multo ſanguine & ære coemptas ac in pace Weſtphalica ſtabilitas uno ictu ſibi abſcindi permittant, aut, quæ in ſuis ditionibus pleno jure & ſumma æquitate ſubinde decrevere, ac etiamnum ſalvo etiam P. W. Paragrapho XXXI. decernendi jure potiuntur, immutare, vel immutatum relinquere cogantur.

Enimvero immediate poſt pacem Weſtphalicam, ubi primordialis reſtitutio

tutio tam ex capite Amneſtiæ, quam ex capite gravaminum decernebatur, neceſſe erat, reſpicere ad nudum factum poſſeſſionis in annis vel 18. vel vigeſimo quarto tunc habitæ, abſtrahendo, an quis tum jure vel injuria poſſederit: Nihilominus tamen ipſa ſeparatio caſuum liquidorum a non liquidis jam tum in Norimbergenſi executionis receſſu §. 3. 4. & 5. pro neceſſaria habebatur, quo magis ergo neceſſaria erit eadem ſeparatio in gravaminibus nunc exortis, ac in petita reſtitutione, cum potiſſimam partem hæc reſtitutio talia reſpiciat objecta, quæ quoad quæſtionem primum dilucidanda ſunt, & ad pacis Religioſæ & Weſtphalicæ ſtatuta *de futuris mutationibus* ſpectant, proin præ ceteris *decidi*, neceſſe eſt, quænam reſpectu talium mutationum pro licito, vel illicito, & tunc pro caſſando vel non caſſando habenda ſint? id vero nullatenus Commiſſariis localibus, quos Acatholici petunt, competat juxta Pacem Weſtphalicam; in qua de iis Art. V. §. 51. ſtatutum eſt, *ut Commiſſarii Deputati nihil definiant, ſed referant*, & aliunde ex praxi Imperii & præcipue Cæſarea Capitulatione conſtet, quænam ad obtinendas Commiſſiones & mandata *vel inhibitoria, vel reſtitutoria*

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

præviæ

Sæc. XVIII. prævie in Impetrantibus requirantur:
A.C. 1732. ac inſuper in P. W. Art. V. §. 50. claris verbis ſtatuatur: *Ut ſi quid dubii incidat, aut ex cauſſis pacem Religioſam, aut hanc transactionem tangentibus reſultet, de eo* IN COMITIIS VEL ALIIS IMPERII CONVENTIBUS *inter utriusque Religionis proceres non niſi amicabili ratione tranſigatur.*

Præterea inter Reſtitutionem ad factum poſſeſſionis ſub utroque anno normali, necnon inter deciſionem gravaminum & querelarum de futuro, diſcrimen eſſe attendendum, prout patet ex Art. XVI. §. 1. usque ad 6. & Art. XVII. §. 5. 6. & 7. ubi hæc habentur: *læſus lædentem imprimis dehortetur a via facti, cauſſa ipſa vel amicabili compoſitioni vel juris deciſioni ſubmiſſa . . . Si controverſia hoc modo intra tres annos non finiatur, tenentur pacis Conſortes armis injuriam repellere,* A PASSO MONITI, *quod nec amicitia nec juris via locum invenerit . . . . ſi quid controverſiæ ſive jam exortum ſit,* SIVE POST HAC *inciderit, unusquisque jure experiatur . . . .* Inde autem illatum eſt, quod *quæ Judicis ſententia fuerint definita, ſine diſcrimine ſtatuum, executioni mandentur, prout leges Imperii de exequendis ſententiis conſtituunt,* nempe non ſtatim & promiſcue ad executionem procedatur, ſed prius amicabilis

cabilis vel judicialis cauſſarum diſceptatio fiat, cui etiam conſonat noviſſimus Imperii receſſus, in quo ſpecialiter ſancitum fuit. I. In caſibus illiquidis integrum eſſe partibus, an vel per ſe vel per ſuos Procuratores hinc inde porrectis documentis & ſcripturis coram Deputatis experiri velint. II. Prius probandum eſſe, quod adſint neceſſaria requiſita reſtitutionis, & quod *caſus* Inſtrumento pacis, executionis edicto, arctiori modo exequendi, Norimbergenſi receſſui, aut in caſibus per pacis inſtrumentum non mutatis, paci Religioſæ proin ad punctum reſtitutionis commenſuratus ſit. III. In caſibus dubiis, vel iis, qui primum ex inſtrumento pacis interpretationem capiunt, præ ceteris tentandam eſſe amicabilem transactionem. Et ſane, quomodo petitæ Executionis Commiſſarii in cauſſa procedere poterunt, niſi prius edoceantur, quid proprie *pro facto exequibili vel non exequibili* habendum ſit, vel quænam exceptiones fieri vel non fieri poſſent? præcipue cum in præfata primordiali reſtitutione duntaxat illæ, *quæ inſtrumento pacis adverſantur*, rejiciantur, illæ vero, quas Catholici in ſua declaratione die 30. Maij 1721. & in aliis eorum literis ad Cæſarem datis expoſuere, in præfato inſtrumento

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

omnino fundentur. Nec objiciendum Catholicis, quod ipſimet die decima ſexta Julii Anno 1699. Ryswicenſem pacem juxta executionis media in Inſtrumento P. W. & *in arctiori modo exequendi* præſcripta adimpleri petierint; in ea enim cauſſa reſtitutiones, quæ vi pacis exigebantur, erant nonnisi *facta liquida*: Status autem Proteſtantes ipſimet ſæpiſſime in ſuis libellis fatentur, quod facta ab eis propoſita potiſſimum dubia ſint, & propterea nequidem ipſi pro *Actoribus* haberi velint; proin cuilibet Statui Catholico graviſſimum foret, ſi ad nudas ejusmodi querelas in ſuis ditionibus *Commiſſiones* tolerare, ſubditos ſuos, qui nec querelas moverunt, nec querendi anſam præbuere, contra ſe ultro concitare, & ſexcentis haud promeritis moleſtiis, inconvenientiis, ne dicam publicæ proſtitutioni ſeſe exponere cogerentur, quin ſi vel calumnia vel innocentia eluceſcat, condignam ſatisfactionem vel injuriæ reparationem antea ſperare potuerint, minus vero de expenſis, & damno ſibi ſatis cautum fuerit. Denique non minus Catholici, quam Proteſtantes accuſari poſſent, velle ſe ejusmodi lites per prolixa ſcripta hinc inde porrecta protelare, & quamvis Catholici iteratas

Pro-

Proteſtantium criminationes pacis & concordiæ ſtudio, ſpecialiter refellere nolint, nihilominus frivola, nova, Religioſæ & Weſtphalicæ paci, aliisque pactis publicis & fundamentalibus Imperii legibus recte oppoſita principia in omnibus & per omnia confutare, & ſeſe illis opponere tenerentur, reſervatis ſibi juribus ſuis, & implorato Cæſareæ Majeſtatis ſuæ patrocinio: Deo enim & propria conſcientia teſtibus profitentur, quod nec in Religionis nec in aliis cauſſis quicquam aliud petant, niſi quod vi ejusmodi legum ſibi debetur, proin in præſentibus Religionis gravaminibus, annuente Cæſarea ſua Majeſtate, Proteſtantibus Conſtatibus ſuis liberam electionem relinquant, an Anno 1721. plenis in comitiis inchoatam gravaminum diſcuſſionem juxta modum in allegato Inſtrumento Pacis, & noviſſimo Imperii receſſu præſcriptam proſequi, vel totum hoc negotium Imperiali Deputationi plena agendi facultate inſtructæ, & ex utriusque Religionis Proceribus compoſitæ ac ſpecialiter ad hoc deſtinatæ relinquere velint, ut hoc vel illo modo præcipue Caſus liciti ab illicitis ſeparentur, & circa dubios transactio fiat, ac demum contra facta illicita ad reſtitutionem *ad nudum factum poſſeſſionis* (uti Proteſtantes

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

petunt) per Commiſſiones locales ſumptibus gravantium tam pro nunc quam pro futuro procedatur &c.

## §. XIV.

### *Confirmatio Catechumenorum a Papenheimenſibus Lutheranis recens invecta.*

Duorum jam ſæculorum ætatem attigerat nova Lutheri ſecta, utpote cujus confeſſio a primis ejus Apoſtolis fabricata, Auguſtæ Cæſarea auctoritate Anno 1530. publice in mundo comparere permiſſa eſt: cum autem diverſi opinantium æſtus, & humani ingenii anguſtiæ haud permitterent, ut intra tam breve tempus omnia excogitari ac præſcribi poſſent, quæ de Romanæ a qua ſeſe ſepararunt, Eccleſiæ Sacris aut retinenda, aut immutanda vel penitus eliminanda cenſerent, hinc accidit, ut hujus ſectæ embrio non niſi ſenſim per gradus cum ætate adoleſceret, aliis & aliis ſubinde Magiſtris pro re nata & temporis opportunitate aliqua dementibus, alia addentibus. Inter hæc merito recenſenda venit Lutheranorum confirmatio, cujus nonniſi obſcurum veſtigium Miſniæ Anno 1539. deprehendebatur; poſterioribus vero temporibus vix in tribus aut quatuor

tuor eorum Eccleſiis in uſu erat, in aliis vero vel ignorabatur, vel omnino rejiciebatur: Hoc tamen anno Pappenheimenſibus Prædicantibus hunc ritum, qui antea ibi nunquam vigebat, invehere bene viſum erat, quocirca Fridericum Ferdinandum Comitem urgebant, ut hanc confirmationem tam in Urbe, quam in circumvicinis pagis introduci permitteret. Annuit ipſe, & die vigeſima tertia Martii certam illius formam præſcripſit, ſtatuitque, ut infantes nondum ad Cænam admiſſi in Palmarum Dominica hoc anno prima vice a ſuis Parentibus & Patrinis ad Eccleſiam deducerentur; ut vero infantibus odium in Catholicos ferme unacum lacte inſtillaretur, præceptum eſt, ut Præco illis exponeret, *abuſum Confirmationis in Papatu adeo enormem eſſe, ut Catholici illam etiam ad Sacramentum eveherent, & hujus ritus excellentiam adjectis pluribus ſuperſtitioſis cæremoniis depravarent, quapropter in potiſſimis Lutheranorum ditionibus abrogata, in aliis vero retenta fuerit.* Abſoluto pio hoc ſermone præceptum eſt, ut Præco infantes his verbis alloqueretur: *Vultisne in confeſſione Evangelicæ fidei perſeverare, pactum Baptismale innovare, abrenuntiare Diabolo, ejus operibus, & omnibus ejus actibus? creditisne in Deum Patrem*

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

*trem, omnipotentem Creatorem cœli & terræ, in Jeſum Chriſtum, & Spiritum Sanctum . . . . reſpondete ita: Ergo Deus confirmet vos, & conſervet ſemper usque in finem.* His peractis Præco ſingulis infantibus manus imponat addita hac forma; *Conſigno vos De trino & uno, Patri, Filio, & Spiritu Sancto, & confirmo vos in gratia Chriſti in charitate Patris cœleſtis & communion Spiritus Sancti, cujus participes facti eſ in Baptiſmo, & nunc denuo ſignaculo dei certi eſtis* &c. Quarto poſt an idem ritus in Dania & Norwegia i vehebatur; reclamabant tamen no pauci, cauſſantes, hoc ritu declara Baptiſmum ab infantibus ſuſceptu tanquam inefficacem & imperfectu ante hunc ritum fuiſſe, cunctosq veluti de novo Baptizari; in hoc qu que ritu multa intervenire ſcandalo periculoſa & dubia, ac Prædeceſſoribu omnino incognita, non utendum eſ verbo: *Confirmationis ſed confeſſionis professionis Baptiſmi* &c. Ne ergo hi novitate tumultus excitaretur, Chr ſtianus Willumſon & Petrus Hersl bius Pſeudo-Epiſcopi editis ſcript docuere, ex ſacris literis quidem no demonſtrari, hunc ritum tempore Apo ſtolorum viguiſſe, fundari tamen hi verbis D. Pauli: *non rurſum jacient fund*

*fundamentum . . . Baptiſmatum doctrinæ, impoſitionis manuum* &c. Tertullianum quoque & Cyprianum hanc confirmationem ceu veterem ritum commendare, antiquiorem eſſe illum confirmatione Pontificia, utpote jam in ſæculo quarto uſitatum, & nunc in tremiſſe Lutheranæ Eccleſiæ jamjam vigere &c. Attamen hic ritus vel ex S. Literis eruitur vel non? ſi ita, quis non miretur, illum jam ab initio prætenſæ Reformationis ſemper & ubique adeo præceptum non fuiſſe, ut etiam hodiedum Ulmæ, Halæ &c. rejiceretur, ſi autem in S. Literis diſerte præceptus non eſt, ſed duntaxat probabile illius veſtigium in illis & SS. Patribus invenitur, inferri videtur, Lutheranos vel aliqua invexiſſe, quæ in S. Literis clare non habentur, vel eos immerito Catholicæ Eccleſiæ ritus exſibilare, eoquod ritus adhibeantur, qui haud obſcure S. Paginæ, SS. Patribus, & antiquiſſimo Eccleſiæ uſui & traditioni clare innituntur, v. g. aqua luſtralis, abrenuntiatio Sathanæ in Baptismo, inunctio &c. Hac ratione devictus videtur Melanchton, qui teſte Joanne Bilzingo *in ſuo monumento de conſilio Dei*, Miſſam, & veteres Baptiſmi cæremonias, v. g. ſal benedictum &c. abſtinentiam a carnibus, ritus in lin-

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

gua latina & confirmationem denuo invehere moliebatur, quia in Saxonia ſemper in uſu fuiſſent, & in S. Literis fundamentum haberent.

Porro, ne hujus ritus a Catholica Eccleſia mutuati ſuſpicio vel levis eſſet, ad confirmandos ſuorum animos neceſſe erat, ut Prædicantes editis libellis iterato inculcarent, novam hanc confirmationem plurimum differre ab illa, quæ apud Catholicos ſemper viguit, hosque a praxi Eccleſiæ Apoſtolicæ in ſuo confirmationis ritu plurimum aberrare. Glorioſum hunc laborem in ſe ſuſcepere præſertim Chemnitius, Heilbrunnerus, Zaämannus, Kilianus, aliique recentis Eccleſiæ Patres. Forte hi longe melius feciſſent, ſi faſſi fuiſſent, quod ipſi Lutherani hunc ritum a Catholicis didicerint, quos S. Ambroſius jam in Sæculo IV. his verbis hortabatur, *Repete, quid interrogatus ſis, recognoſce, quid reſponderis. Renuntiaſti diabolo & operibus ejus, mundo & luxuriæ ejus, ac voluptatibus: memor eſto ſermonis tui, & nunquam tibi excidat tuæ ſeries cautionis.*

## §. XV.

## *Funeſta Franciſci Belliſomi Marchionis fata.*

Erat

Erat triſte luxuriantis ingenii ſpecta- culum, & ludibrium variantis for- tunæ Franciſcus Marchio Belliſomus Patritius Papienſis. Hic anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo ter- tio natus, Romæ & Papiæ, adeo exi- mios in Jurisprudentiæ ſtudio progreſ- ſus fecerat, ut juvenis admodum in eadem Academia in Doctorum Juris Ordinem reponeretur: Paulopoſt ſacræ militiæ nomen dedit, ac tanta morum probitate, & eruditionis amplitudine enituit, ut Innocentius XI. P. illum Abbatem S. Mariæ ad Perticas diceret, & Innocentius XII. illum Romanorum Præſulum cætui adſcriptum, utriusque Signaturæ Referendarium renuntiaret, quo in munere innata affabilitate, nec- non laboris aſſiduitate ſeſe tantopere commendabat, ut ab omnibus maximi haberetur, cunctique ſuave ipſius com- mercium ambirent: Attamen propter has ipſas blandientis fortunæ illece- bras (humanæ felicitatis vitio, quæ ſemper ex proſperis luxuriat) nimia ſui opinione inſolentius inflari cæpit, atque intellectus ſui in obſequium ca- ptivandi impatiens, ipſas Religionis res effræni libertate dijudicare præ- ſumpſit; pervicax enim ſuperbia, (fe- licitatis pediſſequa) neque veritatem ipſam amplecti, neque ut ab aliis reci-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

piatur, pati ſolet. Iniquiſſimo inſuper fato accidit, ut Belliſomus cum Proteſtantibus occaſione Jubilæi tunc Romam magno numero confluentibus arctiorem foveret amicitiam; ex horum enim frequenti colloquio ſenſim perverſæ doctrinæ venenum incautus hauſit, hauſtumque imprudenter evomuit; quapropter de erroneis opinionibus manifeſto convictus, anno hujus ſæculi primo ad Inquiſitionis Romanæ Tribunal evocatur, ac ipſius cauſſa mature diſcuſſa, Præſulis dignitate exuitur, & demum ad decennalem cuſtodiam damnatur: inde vero fuga elapſus, Viennam contendit, ubi tamen ad vomitum reverſus, denuo in carceres conjicitur; evoluto autem Semeſtri liber dimiſſus, in Hollandiam, Angliam & Berolinum proficiſcitur, nec inde reverſus, donec Clemens XI. de vera ejus pœnitentia perſuaſus, illum ad amicorum preces ab omni noxa abſolveret: obtenta hac gratia Belliſomus Papiam & Mediolanum conceſſit, ibidemque aliquamdiu quietus ſubſtitit; brevi tamen patuit, quod non tam periculoſum ſit malum rerum plurimarum ignorantia, quam male comparata multarum rerum notitia; quippe Belliſomus ſibi ſoli ſapere viſus, quæ ſuo intellectu aſſequi non poterat, male-

ſuada

ſuada criſi vilipendit, irriſit, damnavit; quocirca tanquam de fide ſuſpectus apud Epiſcopum denuntiatus eſt; ultricem ergo S. Inquiſitionis ſeveritatem veritus, anno Salutis noſtræ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo ſecundo Viennam aufugit, ubi denuo mordaci, ac veneno hæreſis infecto calamo fidelium offenſionem & ipſius adeo ſummi Pontificis indignationem acrius in ſe concitabat; inter alia enim anno ſequenti Viennenſibus literis excudi curabat tractatum *de Cæſarum auctoritate in externo rerum Eccleſiaſticarum Regimine*: Sequenti autem anno edidit libellum, cui titulus: *Nullitas judicii nunc ab Inquiſitoribus uſitati, & corruptelas Inquiſitionis tollendi neceſſitas*: Hæc ubi inaudiit Pontifex, Belliſomi cauſſam S. Congregationi dijudicandam commiſit, nominatis ad hoc Cardinalium nonnullis, & quibusdam Theologis, quorum judicio decretum, ut Belliſomus Papiam reverteretur, ibidemque carceris loco remaneret, donec aliter a Sacra Sede ſtatueretur: Verum Hic pejora haud immerito pertimeſcens, hanc ſententium eludere, totis viribus adlaborabat, ac præprimis *facti ſpeciem*, ſeu verius libellum ſupplicem Carolo VI. Imperatori porrexit, cujus ſumma hæc erat:

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

*Augu-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

*Auguſtiſſime Imperator!*

Ad thronum tuum, optime & ſapientiſſime Imperator, humiliter proſtratus accedit ſubditus tuus Belliſomus, & ſupplex implorat gratioſiſſimum tuum mandatum quo jubeas examinare ſententiam latam a Romanis judicibus contra eundem, qua decernitur, Belliſomum profecturum Papiam & ibidem remanſurum loco carceris, & quidem Te Domino potentiſſimo inſcio, & inconſulto.„

„Nota ſunt Majeſtati Veſtræ Imperatorum exempla, qui querelas ſubditorum Clericorum mandarunt expendi, licet ipſi fuerint a Romanis judicibus in Conciliis preſſi.„

„Papæ ipſi confeſſi ſunt, ad Imperatorem pertinere examen injuriarum, quas Romani paſſi fuerant a Miniſtris Pontificum. Leo IV. cap. 41. Can. 2. quæſt. 7. fatetur, ſe Imperiali judicio permittere, ſi quid contra ſubditos injuſte commiſit.„

„Neque ſolum cauſſæ Laicorum judicatæ ſunt a Miniſtris Imperatorum, ſed etiam Clericorum cauſſæ ſæpiſſime fuerunt expenſæ, ne videlicet a Clericis potentioribus indigne vexarentur.„

„Pe-

„Petrus de Marca celeberrimus „Archiepiſcopus Pariſienſis, Lib. IV. „cap. 20. concordiæ ſacerdotii & Im„perii quærit, an juſta ſit appellatio „propter abuſum a ſententiis etiam „Papæ? & oſtendit, non appellari a re„ſcriptis Papæ, ſed ab eorum execu„tione, atque cap. 20. §. 3. hæc habet: *Duplex eſt cauſſa impediendi reſcripta Romani Pontificis: prima eſt, ſi periculum ſcandali, & offenſionis publicæ emergeret ob apertiſſimam canonum violationem: Altera, ſi contra omnem judiciorum ordinem per dolum, circumventionem & machinationem judicio eccleſiaſtico Epiſcopi, vel Clerici opprimerentur.* (V) *Suarez Lib. IV. contra Regem Angliæ. Simanca, de Catholicis inſtitutionibus cap.* 45. §. 35. *Convaruvias practicarum quæſtionum cap.* 39. *Cajetanus, Gerſon, Victoria & alii.* Sæc. XVIII. A. C. 1732.

*Si eamdem viam inſiſtant hodie Principes, hoc nullam eis poteſt invidiam creare &c. quia ſuperiorum Principum exemplo, ſapientiſſimorum quoque hujus ævi theologorum ſententia nituntur. Qui licet amoveant omnem a Principibus in res mere eccleſiaſticas jurisdictionem, tamen neceſſitate cogente, jure defenſionis licere Principibus ajunt injuſtorum mandatorum executionem impedire.*

„Plura

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„ Plura poſſent ex eodem Petro de „Marca exempla produci, quæ brevitatis „cauſſa omittuntur. Si quæ eſt cauſſa „mere eccleſiaſtica, ea eſt excommu„nicatio, ex cujus abuſu plurima e„merſerunt ſcandala. Hunc tamen „abuſum coercere non dubitarunt ſum„mi Principes. Sic & in Hungariæ „decretis Anno 1651. vetantur Eccle„ſiaſtici *contra nobiles Regni*, *ſententiam* „*excommunicationis promulgare abſque* „*ſcitu & notitia Regiæ Majeſtatis.* Et „in veteri Anglorum lege eſt; *ne qui* „*Dominicorum Miniſtrorum excommuni„cetur, niſi prius Rex conveniatur.*

„Quod etiam Principes Holandiæ „imitatos video. Idem etiam *edicto* „Caroli V. Cæſaris continetur, quod „Anno 1540. promulgatum eſt. „

„Contra vero, Clavium uſum divino „juri congruum, & pœnarum injun„ctionem canonibus & legibus conſen„taneam ſummæ Poteſtates ſolent ap„probare: Atque hoc eſt imperiale „*Anathema*, quod non una Juſtiniani „lege comprehenſum eſt. *Quum recte* *l. cum Salvatorem l. cognoſcere Cod. de* *ſum. Trinit. Nov.* 42. *Vid. & Concil.* *Tol.* 3. Nihil ergo novi faciunt Chri„ſtianæ Poteſtates, quæ ad excom„municationem, quippe cum publici „nominis tractatione conjunctam, no-

„lunt

„lunt veniri, niſi probatis ſibi cauſſis; Sæc.XVIII.
„& quæ cenſuras manifeſte iniquas A.C. 1732.
„imperio ſuo inhibent. Ipſarum enim „eſt muneris & injuriam a ſingulis & „ab Eccleſia tyrannidem arcere.„

Cum autem religioſiſſimus Imperator de noxia Belliſomi doctrina atque intemperanti ejus calamo probe inſtructus eſſet, patrocinium ſuum eidem impendere recuſavit, voluitque, ut hic promeritæ ſuæ pœnæ ſeſe ſubjiceret, & præfixo tempore Vienna diſcederet. Belliſomus huic mandato obluctari, haud conſultum ratus, ſe mox Papiam abiturum ſimulabat: priusquam vero ſeſe itineri accingeret, infamem librum *de ortu & progreſſu Papatus* tumultuario labore conſarcinavit, & cum inauſpicato hoc fœtu Lipſiam contendit, ibidem infauſtum hunc partum publici juris facturus. Attamen perverſo ejus conſilio tempeſtive patefacto, Jeſuitarum Dresdæ agentium Zelo factum eſt, ut die ſecunda Aprilis anno hujus ſæculi vigeſimo ſexto eidem omnia ejus Manuſcripta eriperentur, quæ poſtea ad Varſavienſem Nuntium Apoſtolicum fuere transmiſſa. His mature diſcuſſis deprehenſum eſt, multas in illis contineri propoſitiones palam hæreticas, & alias hæreſi affines. Hinc Nuntius tantum apud

Au-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Auguſtum Poloniæ Regem effecit, ut Belliſomus ad Lipſienſem arcem Menſe Auguſto captivus abduceretur; Datum erat negotium Patri Phoctio Jeſuitæ, ut infelicem Marchionem ad ſaniora reduceret, eumque ad ejurandos errores ſuos, facta ſpe veniæ, impellere adlaboraret: Haud cunctanter monitis ceſſit captivus, ac tertio poſt Menſe ejusdem anni in Sacello Lipſienſi retractatis propoſitionibus erroneis publice fidei profeſſionem emiſit, propterea die vigeſima quarta Novembris anni ſequentis a Poloniæ Rege libertati redditus: Ejus vero palinodiam nonniſi ſimulatam fuiſſe, patuit; mox enim ad pejora prolapſus, palam perniciosos errores in populos diffudit; quocirca petente Pontificis Nuntio Varſaviam abductus fuit, ubi integro triennio in carcere hæſit, tandem vero impetrata errati venia in libertatem aſſertus eſt, ea tamen lege, ut protinus Papiam contenderet, ibidem, quæ decernenda eſſent, expectaturus; ipſe vero ſibi male conſcius anno hujus ſæculi vigeſimo octavo recta Jenam petiit. Referunt Scriptorum nonnulli, ipſum ibi Lutheri dogmata palam fuiſſe profeſſum, Mazzuchellius tamen, qui hujus miſeri vitam & fata deſcripſit, de ejus apoſtaſia, & inquiſitionis ſen-

tentia

tentia nil omnino memorat. Utut autem ſit, id certiſſimum eſt, quod Marchio ad abſtergendam infamiæ maculam plures ediderit apologias, & quidem anno hujus ſæculi trigeſimo libellum vulgarit, in quo Inquiſitorum ſententiam adverſus ipſum pronuntiatam fuiſſe nullam, demonſtrare moliebatur. Juvat illius ſummam adducere, ut inde pateat, quam infirma ſit illorum excuſatio, quos culpæ evidentia condemnat: Sic ergo orditur: Sæc. XVIII. A. C. 1732.

I. „Judices Romani nullum ſervaverunt ordinem in cauſſa Belliſomi „detenti in carcere Lipſienſi, a die „2. Aprilis 1726. usque ad diem 24. „Novembris 1727. Toto tempore ſuæ „captivitatis ipſe neminem potuit alloqui, ad neminem ſcribere, ſolum „permiſſum fuit Patri Phoct Jeſuitæ „accedere ad captivum, cujus manuſcripta omnia atque libri cuncti ſurrepti fuerunt & ad Nuntium Varſovienſem transmiſſi, ut ſpolio librorum ablatorum ſuam amplificaret „Bibliothecam; hoc ſpolium commiſſum fuit a milite transmiſſo ex Varſovia, atque eodem momento ipſe „Belliſomus captivus ductus eſt in Caſtrum Lipſienſe, ſuaque manuſcripta „& libri ſublati.„

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

II. „Poſt duos Menſes prædictus „P. Phoct accedebat ad captivum, qui „nomine Nuntii Varſovienſis hoc cri- „men referebat, quod nimirum pluries „ex carcere ipſi aſſignato aufugiſſet „Belliſomus.„

III. „Idem P. Phoct nomine ejus- „dem Nuntii Varſovienſis propoſuit „circa finem Auguſti Anno 1726. quod „Belliſomus reus eſſet judicatus a tri- „bunali Inquiſitionis propter decem & „ſeptem propoſitiones aſſertas & tam „quam hæreticas recognitas, & eidem „ſignificabatur, optimum fore, ſpe „veniæ ipſi oblata, modo ut propoſi- „tiones illas abſolute retractaret, at- „que deinde profeſſionem fidei Catho- „licæ emitteret in ſacello Lipſienſi „præſente populo. Utrumque manda- „tum adimpletum fuit ab eodem ca- „ptivo. Notandum autem, quod ſpes „libertatis fuit inanis; manſit enim „Belliſomus captivus a menſe Auguſti „1726. usque ad 24. Diem Novembris „1727. neque captivus unquam libe- „ratus fuiſſet a Romanis Inquiſitori- „bus, niſi Potentiſſimus & Clemen- „tiſſimus Rex Poloniæ ſignificaſſet Nun- „tio Varſovienſi, quod Belliſomus ex „carcere & Caſtro Lipſienſi eſſet di- „mittendus.„

„Quæ

„Quæritur nunc, utrum talis pro- Sæc. XVIII.
„cedendi modus ſit conformis juri Ca- A. C. 1732.
„nonico, atque legibus Imperatorum
„nec ne?

IV. „Contra abſentem a judicibus,
„qui cauſſam inſtruere volunt, nullus
„libellus præſentandus eſt, quoniam
„*reo abſente libellus accuſationis fruſtra*
„*offertur* C. 33. quæſt. 9. cap. 18. 19. 21.
„Item Cauſ. III. quæſt. 8. *legitur de ab-*
„*ſentibus non judicandis.* Innocentius III.
„cap. un 10. ut Eccleſiaſtica beneficia
„ſine diminutione conferantur, hæc
„verba habet: *Proponebas, quod cum*
*nullus debeat ſine accuſatione damnari, nec*
*aliquid circa negotium illud ſit factum in*
*forma judicii, ideo is, qui convenitur e-*
*tiam ſi nihil præſtiterit, debeat abſolvi.*
„Præterea captivus non fuit vocatus
„in jus, quia aberat, cum tamen ci-
„tatio ſit omnium judiciorum funda-
„mentum, utpote ſine qua omnia,
„quæ in negotio aut loco adver-
„ſus abſentes aguntur, viribus careant.
„Nam neque civilis neque naturalis
„ratio quemquam indefenſum judicari
„permittit, Gloſſa pen. C. X. Eccleſ.
„S. Mariæ 10. de Conſtitutionibus,
„Tit. 2. Lib. 1. unde nullo modo tolli
„poſſunt nullitates. Item Clementina
„*paſtoralis* de ſententia & re judicata
„docet in rubrica, quod ſententia lata

Sæc. XVIII. „contra citatum extra citantis territo-
A. C. 1732. „rium exiſtentem, nulla eſt ipſo jure.
„Hiſce canonibus addi poſſunt alii ad-
„ducti. C. III. quæſt. 9. cap. 2. C. XIII.
„cap. 4. C. V. quæſt. 2. cap. 3. ex Da-
„maſo Ep. 6. ad Epiſcopos Italiæ. Im-
„peratores etiam edixerunt: *Abſentem*
„*in criminibus damnari non oportere;* &
„poſtea: *ſatius enim eſſe impunitum relin-*
„*qui facinus nocentis, quam damnare in-*
„*nocentem. Digeſt.* Lib. XI. tit. 19. de
„pœnis. Huic legi relatæ ab Vlpia-
„no lib. 8. de officio Proconſulis addi
„debet decretum Severi & Antonini
„Magni, *nequis abſens puniatur, & hoc*
„*jure utimur, ne abſentes damnentur, neque*
„*enim inaudita cauſſa quemquam damnari*
„*æquitatis ratio patitur*, ibidemque tit.
„17. de requirendis vel abſentibus dam-
„nandis; item de requirend. abſentibus
„& non damnandis: Vide Codicem
„Lib. 19. tit. 11. de quæſtionibus.„

V. Evictum eſt itaque, proceſſum
„fuiſſe nullum, detentionem injuſtam,
„ſententiam latam ad retinendum Bel-
„liſomum captivum juribus non eſſe
„conformem. Si admittamus Decreta
„Romanorum Pontificum, hoc eſt Cle-
„mentis III. Anno 1090. & Innoc. III.
„Anno 1212. Lib. 2. de ſententia & re
„judicata, cujus ſunt verba Cap. 10.
„*ſententia contra abſentem non contumacem*
„*lata*

„*lata non valet*; dicendum erit, ſen- Sæc. XVIII. A.C. 1732.
„tentiam ipſam, cum ſit contra juris
„ordinem lata, retractandam venire
„& non niſi tanquam ſubreptitiam ad-
„mittendam. Ipſimet Romani Pon-
„tifices tota C. XXXV. quæſt. 9. c.3.
„tradunt idipſum. Item Hilarius Papa
„Anno 465. decernit, corrigendum eſſe,
„quod illicite admittitur, aut a præ-
„deceſſoribus admiſſum invenitur:
„Item cap. 4. fatetur Gregorius Anno
„867. ſecundum ſuæ conditionis te-
„norem Apoſtolicam poſſe mutari ſen-
„tentiam. In eundem ſenſum loqui-
„tur Nicolaus Papa cap. 17. ſententiam
„Romanæ Sedis in melius commutari
„licere. Bernardus in Ep. 180. hoc
„encomium tribuit Apoſtolicæ Sedi
„his verbis: hoc ſolet habere præci-
„puum Apoſtolica Sedes, ut non pi-
„geat revocare, quod a ſe forte de-
„prehenderit fraude elicitum non ve-
„ritate promeritum. Credi nec debet
„nec poteſt, juſtiſſimum Pontificem
„Benedictum XIII. voluiſſe violare Ca-
„nones, quorum ſeſe vindicem eſſe,
„oſtendit exemplo prædeceſſorum Ge-
„laſii, Hilarii, Zoſimi, Damaſi, Gre-
„gorii, Leonis IV. quorum quidem De-
„creta referuntur C. 25. qu. 1. cap. 1.
„4. 7. 9. 12. Alia etiam ratio &
„quidem graviſſima, propter quam

 „ſub-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. „ ſubreptum eſſe ſummo Pontifici evi-
A. C. 1732. „ dentiſſime apparet: Belliſomus et-
„ enim per multos annos in carcere „ Romano detentus fuit, & quidem „ propter easdem propoſitiones hæreti- „ cas licet retractatas Romæ An. 1716. „ abſolutus fuit; quid autem magis „ iniquum, quam hominem retineri „ captivum propter idem crimen, cum „ alias ſatisfecerit? repugnat enim re- „ iteratio pœnæ canonicæ auctoritati „ & legibus, ſiquidem tunc pœna tan- „ tum eſt repetenda, quoties crimen „ renaſcitur, tit. 41. de pœnis, cap. 1. „ item 51. aliter de crimine ſatisfactum „ ibidem cap. 3.

VI. „ Multo major eſt iniquitas in „ renovato Decreto arreſti contra eun- „ dem Belliſomum Papiæ remanſurum „ loco carceris; ſiquidem conſtat In- „ quiſitoribus, a quocumque ſeu cri- „ mine ſeu pœna eum fuiſſe ex mandato „ Clementis XI. abſolutum, uti patet „ ex literis Cardinalis Bentivoglii: „ Harum tenor eſt.

*Præſentibus hiſce notum facimus, quod ex facultate Nobis a Sanctiſſimo D. N. Clemente Papa XI. præcipue per literas die vigeſima quinta Julii Anno 1716. ad Nos datas facta Franciſcum Belliſomum hodie vigeſima quinta Octobris ejusdem anni tam in foro interno quam externo ſolemni-*

ter

*ter abſolvimus. In quorum fidem præſentes propria noſtra manu & ſigillo firmavimus.* Sæc. XVIII. A. C. 1732.

*Bentivoglius Archiepiſcopus Chartaginenſis Nuntius Apoſtolicus in Francia.*

VII. „Dubitari autem non poteſt, „BenedictumXIII. imitari, & exequi „Gregorii Magni Decreta, C. 25. qu. 1. „cap. 15. hæc enim docent his verbis: „Juſtitia ac rationis ordo ſuadet, „ut qui ſua a ſucceſſoribus deſiderat „mandata ſervari, prædeceſſoris ſui „proculdubio voluntatem & ſtatuta „cuſtodiat. Itaque ſi jure petitur ob„ſervatio decreti Clementis XI. abſol„ventis Belliſomum in utroque foro, „mirandum eſt, quomodo pro eadem „cauſſa propoſitionum retractatarum ite„rum debeat Papiam proficiſci Belli„ſomus, ibique remanſurus loco car„ceris.„

VIII. „Eſt etiam alia cauſſa graviſ„ſima, qua jure abſolvitur Belliſomus, „ne ſe conſtituat Papiæ loco carceris; „locus enim, ad quem ipſe vocatur, „ut ibidem maneat, non eſt ipſi tutus, „& propterea non tenetur illuc ſe con„ferre juxta Clementinam *Paſtoralis* „cap. 2. qua decernitur ſententiam la„tam contra citatum, ut ſeſe præſen-

Sæc. XVIII. „ tet loco non tuto, nullam eſſe, lo-
A. C. 1732. „ cus autem tuto adiri non poteſt:
„ cauſſas autem adducit Belliſomus, „ propter quas Papia non poteſt eſſe „ tutus locus, quoniam cum agatur de „ cauſſa pertinente ad Inquiſitionem & „ ibidem reſideant Inquiſitores, qui „ ſeſe declarant adverſarios ipſius pro- „ pter libellum editum de abuſibus In- „ quiſitionis Italicæ atque eidem Belli- „ ſomo attributum, non poteſt ipſorum „ judicio ſeſe ſubmittere, ſiquidem qui „ inimici ſunt aut ſuſpecti, non poſ- „ ſunt eſſe judices, atque adeo jure „ poſſunt recuſari, C. 3. qu. 5. cap. 15 „ item cap. *quod ſuſpecti*. Cap. *ſuſpenſio-* „ *nis* de officio delegatorum. Multo „ magis etiam iidem Inquiſitores tan- „ quam ſuſpecti de inimicitia recuſandi „ ſunt propter alium libellum ipſi im- „ putatum, quo exponitur Imperato- „ rum poteſtas circa diſciplinam Eccle- „ ſiæ. Itaque Papia, quæ ipſi loco „ carceris eſt aſſignata, nullo modo eſt „ locus tutus. Alia etiam eſt cauſſa „ urgentiſſima, quare non poteſt Bel- „ liſomus ſe conſtituere captivum Pa- „ piæ ad arbitrium ſuæ Sanctitatis, „ quia cum eadem Sanctitas Literis „ ſub die 5. Julii 2727. hæc dicat:

*Sanctiſſimus Dominus Noſter ex conſi- lio S. Congregationis S. Officii, volens ad- implere*

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

*implere Regiæ Majeſtatis ſuæ Poloniæ Regis deſiderium, conceſſit, ut Abbas Franciſcus Belliſomus ex arce Lipſienſi ad Papienſem Civitatem pergeret, ita tamen, ut breviore itinere, quin ſe (excepto neceſſitatis caſu) aliorſum detineat, eo contendere, ibidemque loco carceris remanere teneatur, Marchio autem Belliſomus ejus Nepos ea omnia plene obſervare cogatur, ſub pœna duorum ſcutorum millium monetæ Romanæ incurrenda, ſi vel in minimo defeciſſe deprehenſus fuerit; mulcta autem ad ſummi Pontificis arbitrium ad cauſſas pias applicanda ſit. Id Nuntius Apoſtolicus poterit Regiæ ſuæ Majeſtati inſinuare, executio tamen hujus ſententiæ differatur, donec ſufficiens cautio de ſecuritate a præfato Marchione præſtanda habeatur, quem in finem ad eundem Marchionem eadem occaſione perſcribendum eſt, ut de ejus voluntate certo conſtet.*

IX. „Originalis hæc Epiſtola ex„tat in manibus Belliſomi transmiſſa „ad ipſum a Domino Acoramboni ex „Dresda ſecretario ſuæ Majeſtatis Po„lonicæ. „

„Alia nunc eſt Epiſtola exhibenda, „cujus exemplar originale extat quo„que in manibus Belliſomi, hæc au„tem Epiſtola transmiſſa eſt ad Belli„ſomum a Domino Santini demortuo „Archiepiſcopo & Nuntio ex Varſovia



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„5. Novembr. Anno 1727. hæc autem „ſunt verba epiſtolæ ſequentia.„

*Singulari lætitia Dominationi veſtræ ſignificare poſſum, inter alias literas, quas modo Roma recepi, mihi ab Eminentiſſimo Lercario demandatum eſſe, ut Eidem intimarem, Sanctitatem ſuam conſenſiſſe, ut ab huiate arce Dominatio veſtra liberaretur: Concedit inſuper, ut Papiam ad patriam ſuam ſeſe conferre queat, ita tamen, ut breviorem viam ſuſcipiat, & nullibi, niſi urgente neceſſitate, ſeſe detineat. In præfata Urbe de mente Sanctitatis ſuæ certior fiet, nec dubito, quin ſua Dominatio ſeſe ejus voluntati plene conformatura ſit.*

X. „Quis non recognoſcit in hac „poſtrema epiſtola gravamina nova „Belliſomo inferenda & quidem gravïſſima? Hæc certe gravamina eo „referuntur, ut Belliſomus palam li„bellos de abuſibus Inquiſitionis Ita„licæ & de auctoritate Imperatorum „circa diſciplinam Eccleſiæ revocet „& deteſtetur, tanquam continentes „errores maximos contra fidem & Ma„jeſtatem ſummi Pontificis. Hinc „ergo deducitur, quod novus erat in„ſtruendus proceſſus contra Belliſo„mum tanquam fugitivum & relapſum „in hæreſin, atque ad minus perpetuo „& arcto carcere puniendum; cum

„au-

„ autem decretum novum ſit gravius „ arreſto ipſo Lipſienſi & Papienſi & „ relaxatio a carcere Lipſienſi per prio- „ res litteras ſub die 5. Julii 1727. ſit „ conceſſa a Papa absque conditione „ novorum præceptorum, non potuit „ neque debuit absque nova ſtipula- „ tione Belliſomus talibus juſſionibus „ ſubjici, cum potuiſſet præferre car- „ cerem Lipſienſem & illum præponere „ arreſto Papienſi propter nova hæc „ præcepta maxime gravia Belliſomo. „ Propter hanc ergo variationem de- „ cretorum etiam fideijuſſor Abbatis „ Belliſomi Marchio Cajetanus Hanni- „ bal Belliſomus, ejus ex fratre Nepos „ eſt abſolvendus ab onere fidei juſſionis „ in ſcut. ſumma 2000. monetæ Roma- „ næ Pontifici ſolvendæ, cum tamen fi- „ deijuſſor non fuerit ſtipulatus cum „ eodem Romano Pontifice, niſi ut „ Abbas Belliſomus veniret Papiam & „ ibi maneret loco carceris; & certe „ non conſenſiſſet in prædictam fidei „ juſſionem, ſi nova hæc gravamina „ contra patruum fuiſſent prædicto ex „ fratre Nepoti propoſita.„

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„ Poſtremo efficaciſſima ratio, ob „ quam Belliſomus tanquam contumax „ non poteſt puniri, neque ſumma con- „ venta ab ipſius Nepote fidei juſſore „ exigi, ea eſt, quod in jus vocatus,

„ &

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„& non comparens multis ex cauſſis „abſolvitur ab Innocentio III. X. tit. 6 „ut lite non conteſtata. Decidit enim „Papa his verbis : *Qui ſine culpa* „*abſens, ut ſi ægritudine, avt alio juſto* *impedimento forſitan teneatur, aut etiam* *propria ſed non malitioſa voluntate in re*-*motis partibus moram faciat, ut de fa*-*cili vel in brevi citari non poſſit, ei qui*-*dem præjudicari non debet, cum habeat* *forſan exceptiones legitimas ad intentionem* *contrariam elidendam.* Hac eadem ra-tione excuſandus eſt fidejuſſor a ſo-„lutione fidei juſſionis.„

*Lex, quæ probari non vult, merito* *ſuſpecta eſt, & ſi non diſcuſſa & proba* *dominetur, improba eſt*, ita Tertullianus „in *Apologetico:* manet ergo Petri pri-„vilegium ubicumque ex ipſius fertur „æquitate, judicium, Cauſſa XXII „qu. 1. cap. 5.

## §. XVI.

### *Acerbiora Fœderatorum Ordinum edicta contra Clerum & Catholicos.*

*Vide ſupra tom. 73. p. 415. & hoc tomo pag. 23. Æne. Sylv.*

Enimvero Clerus & Catholici in Belgio graviſſime in conſcientiæ libertate & Religionis ſuæ exercitio lædebantur edicto illo, quod Fœderati Ordines anno priori promulgabant: Ni-hilo-

hilominus Principes Catholici has vexationes Chriſtiana patientia tolerabant, & Catholicus Clerus ſibi perſuaſum habebat, *tolerandum eſſe, ſi quid Princeps etiam inique præcipit, & expectandam eſſe vel Succeſſoris emendationem, vel ſupremi Judicis, qui violentias & injurias non ſinit eſſe diuturnas, vindicationem.* Inde vero Fœderati Ordines animoſiores effecti, hoc anno varios ſuæ ſectæ addictos Deputatos in diverſas Provincias ablegarunt, qui in Catholicos ſeverius inquirerent. Hi ergo de pluribus prætenſis eorum exceſſibus, & licentiis, neſcio quæ referebant, in quorum fidem, etſi relata nec teſtibus adverſæ (*) partis, nec præſentibus ne- auditis accuſatis, minus vero jurata fide comprobatis fulcirentur, denuo acerba, & prioribus longe magis rei Catholicæ pernicioſa ſtatuta condiderunt: Præprimis igitur decretum illud anno priori die decima nona Julii

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

(*) Obſervandum, quod hæ ipſæ fuerint rationes, ob quas Legati Proteſtantes Ratisbonæ juratas illas depoſitiones Salisburgenſium crimina atteſtantium pro illegitimis, nullisque habuere: Fors hæ rationes duntaxat contra Catholicos Sacerdotes, non autem contra ruſticos Lutheranos valent.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Julii editum declarantes, ſtatuerun
I. Ea, quæ circa facultatis literas n
per fuiſſent decreta, duntaxat pro fu
turo eſſe intelligenda, & duntaxat ex
tendenda ad Sacerdotes, qui nuper
abhinc decreto advenerunt, vel poſte
adventuri eſſent: illos vero, qui ant
hoc decretum vi ejusmodi literaru
admiſſi fuiſſent, omnino teneri, jur
mentum fidei ac obedientiæ præſtar
& juramenti formulæ ſua nomina c
ram Senatu Acatholico inſcribere, i
tamen, ut hi Sacerdotes duntaxat t
lerandi eſſent, donec aliter decern
retur. II. Hucusque Sacerdotes, q
ad Miſſiones Bercizomæ, Bergæ,
Bredæ obeundas ab Antverpienſi, Ga
davenſi, & Ruremundano Epiſcop
quidem nominati fuiſſent, etiamnu
ab iisdem Epiſcopis haſce Miſſione
reſervata Ordinibus deſuper delibe
tione, *proviſorio modo* eſſe procurand
a nullo tamen alio, etſi foret Ponti
cis Nuntius, aut alius a Papa deleg
tus. III. Quoniam jam a tempore m
moriam hominum excedente Canoni
Abbatiæ Paſtellenſis, Everbodan
S. Bernardi, Fonbergenſis, & Bern
næ ſuos Miſſionarios ad diverſa lo
emiſerunt, ideo hos & non alios ali
nigenas vel his Abbatiis non adſcri
ptos, *connivendo* eſſe admittendos, qui
nun

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nunc decideretur, an hi Canonici inter initiatos Sacerdotes eſſent computandi, necne, ac inſuper ejusmodi Miſſionarios duntaxat ad illa loca eſſe decernendos, quorum poſſeſſionem etiamnum tenerent, & id quidem ea lege, ut circa requiſita decreto Ordinum plene ſatisfacerent, & præſcripto modo ſuas Miſſiones exhiberent. IV. Omnes, qui apud Parochos tanquam Capellani admitti petierunt, vel adhuc petituri forent, rejiciendos eſſe, ac unice permittendum, ut Parocho infirmitate preſſo, alius ex viciniori loco Ordinibus ſubjecto ſupplere poſſet, cumque relatum eſſet, quamplurimos Parochos & Capellanos in Ordinum Status irrepſiſſe, hinc V. in nulla Eccleſia plures, quam unicum Sacerdotem eſſe tolerandum & ubi plures Capellani forent, unicum duntaxat eſſe admittendum: demum VI. decem illas Romano-Catholicas Eccleſias Sylvaduci exiſtentes, demortuis Parochis ad quinque (*) reſtringendas eſſe, initium vero faciendum ab Eccleſia in platea crucis, cujus Parochus eſſet demortuus, proin hanc Eccle-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

(*) Quid ſi etiam Catholici apud Principes ſuos de hoc Religionis gravamine altum inclamaſſent, ſicut Proteſtantes in Hungaria & Servia, aut Diſſidentes in Polonia?

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Eccleſiam a Præfecto eſſe claudendam. Bredæ vero, cum ibi præter Aſceterium Monialium ejusque Sacellum, adhuc aliæ tres Eccleſiæ exiſterent, demortuis Parochis ad duas eſſe reducendas, & Aſceterium demortuis Monialibus ſupprimendum eſſe, illis autem, quæ adhuc in Monaſterio hoc degerent, remanere permiſſum, qui tamen aliæ ſubrogarentur: Bredanum vero Prætorem teneri, omnium harum Virginum nomina, ætatem, patriam & tempus, quo Monaſterium ingreſſæ ſunt, annuatim denotare, hancque notam a tribus ſenioribus Monialibus ſubſcriptam Deputatis conſignare, & ſi fors dolus interveniret, illico omnes Moniales eſſe expellendas & Monaſterium plus offerenti vendendum: Moniales quoque in Conventu S. Mariæ ad ſepulcrum ad dies vitæ tolerandas, poſtea Aſceterium ſupprimendum eſſe: Rerum Civilium Adminiſtris, qui ſua officia titulo oneroſo obtinuiſſent, & a Catholicis Eccleſiis vel Communitatibus ſalaria accepiſſent, ea deinceps retinere permiſſum, ſi ea jure petere poſſunt: illos vero, qui alio titulo ea obtinuiſſent, ſalariis ſuis eſſe privandos.

Quamvis vix ulla Proteſtantium Communitas unquam tam enormia

Reli-

Religionis gravamina ſit perpeſſa, his tamen Ordines Fœderati haud contenti rurſus die decima ſexta, alia adhuc acerbiora ſtatuta contra Clerum Catholicum promulgarunt & quidem. I. Cum Catholici Sylvaducenſes humillime ſupplicaſſent, ut eis Eccleſia in platea Crucis redderetur, eaque rurſus aperiretur, ſimulque Vicario Oſtnockio injungi peterent, ut præter Parochum Beckium adhuc Simonem Weydoffium, vel alium Sacerdotem ſæcularem Sylvaducenſem huic Eccleſiæ præficeret, Ordines huic petitioni deferre recuſarunt, eoquod præter præfatam Eccleſiam adhuc tres aliæ, in quibus Sacerdotes ſæculares deſervirent, adhuc ſupereſſent, proin nec Clero nec Catholicis Sylvaducenſibus querendi ratio foret, dein præcipue obſervabant, quod Jeſuitis Anno 1720. expulſis præfatæ hæ tres Eccleſiæ, quæ antea Jeſuitis erant, a tribus Sacerdotibus ſæcularibus ſcilicet De Jong, Donckertſio, & Bona fuerint occupatæ, & unicuique ſuus Capellanus aſſignatus, & tamen nunc Sylvaducenſes Cives & Catholici in ſuo libello ſupplici exponerent, omnes Catholicas Eccleſias in Urbe Sylvaducenſi a Regularibus, Jeſuitis & Monachis fuiſſe adminiſtratas, ex hoc autem inferebant

Sæc. XVIII. A.C. 1732.

Sæc.XVIII. A.C. 1732.

Calviniſtæ, quod ſi id verum fuiſſet, ſequeretur, Jeſuitas poſt ejectionem eorum tria hæc templa ſibi reſervaſſe, & hauſto inde peculio illarum curam quibusdam mercenariis Capellanis ſæcularibus in fraudem edicti demandaſſe, retento adhuc Eccleſiarum dominio, & ſuprema directione. Ea de cauſſa Fœderati Ordines Sylvaducenſi Prætori injunxere, ut hos Capellanos urgeret, quatenus interminata etiam exilii pœna faterentur, an ipſi revera *Principales* harum Eccleſiarum Parochi ac Directores, vel duntaxat Jeſuitarum Vicarii & Deputati eſſent, & an Emolumenta & Eccleſiarum proventus vel ipſi vel Jeſuitæ percepiſſent &c. Ad hæc quæſita die vigeſima nona Januarii hoc anno Prætor retulit, unam e his tribus Eccleſiis etiamnum directioni cujusdam Jeſuitæ nomine *Donquers* ſubeſſe, eumque dato leviſſimo ſalario Capellanos conſtituere, huncque Jeſuitam cum ceteris exulare die ſeptima Maij quidem juſſum fuiſſe, infirmitate tamen prætenſa ſupplicaſſe, ut in Urbe remanere poſſet tanquam privatus civis, pollicitus etiam eſſe, quod nec publice nec privatim Sacerdotis ac Parochi munere functurus eſſet, ſed recuperata valetudine Ordinum mandato obtemperaturus; Nihilominus

nus

nus hunc Jeſuitam infirmos viſitaſſe, confeſſiones excepiſſe &c. Inſuper Calvinianus hic Prætor retulit, Joannem Campium præfatæ Eccleſiæ Capellanum ex hac Urbe ad exiguum pagum nomine *Wönſel* fuiſſe promotum; inde autem patere, hunc nonniſi præfati Jeſuitæ mercenarium, non autem proprium extitiſſe Parochum, Joannem quoque Antonium Paymannum alterum Sacellanum faſſum fuiſſe, quod jam per quadraginta annos præfatæ Eccleſiæ deſerviiſſet, demandatæ autem Paſtoralis curæ literæ fuiſſent deperditæ; exinde ergo Prætor temere inferebat, hunc, cum Jeſuitæ primum Anno 1720. fuiſſent ejecti, non fuiſſe Parochum, ſed duntaxat a Patre Donquers conductum Sacerdotem, & illos Capellanos, qui poſt exilium PP. Bouqueti & De Jong Jeſuitarum ceteras duas Urbis Eccleſias rexerunt, pariter non habuiſſe ſpeciales vocationes ad has Eccleſias, ſed eſſe meros Miſſionarios, qui quaquaverſum in Sylvaducenſi tractu ſacras ſuas functiones exercuiſſent, proin Eccleſias a diſceſſu horum Jeſuitarum vacaſſe: Nova plane ars Catholicis ſuas Eccleſias velut derelictas eripiendi! Ne tamen *legitimis* Parochis damnum intuliſſe viderentur Calviniſtæ, Kepellio

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Prætori injunxere, ut Donquerſo Je-ſuitæ ſignificaret, ut ante primam Aprilis diem ex univerſa Ordinum di-tione excederet, ſecus ſeveriſſimæ ſub-jaceret pœnæ: Paymannus vero ab omni Sacerdotali functione abſtineret, niſi pœnis in eos, qui ſine Senatu Calviniani facultate Eccleſiaſtica ob-eunt munia, latis mulctari velit: Præ-tori inſuper præceptum, ut præfatam Eccleſiam utpote *vacantem* clauderet & a ceterarum Eccleſiarum Miniſtris conceſſæ facultatis literas expoſceret: præterea ſedulo inquireret, quinam Patribus Bouqueto & De Jong in Pa-rochiali cura ſucceſſiſſent, & quando Bouquetus e Belgio Fœderato exceſ-ſiſſet. Habita demum horum notitia ad Ordines cuncta deſuper referret, ut pro rei conditione decerni poſſet. Ad hæc decreta nullam addo Reflexionem, ne Lectorem æqui bonique amantem & a partium ſtudio alienum præveniam.

## §. XVII.

### *Clementis Papæ conſilium de revo-canda Saxonia ad fidem Catholicam.*

Interim Clemens XIII. Papa inter gra-viſſimas, quibus agitabatur curas, nil prius, antiquiusque habuit, nisi ut

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

ut damna Eccleſiæ a Sectariis illata pro viribus repararet: Ingemuit præcipue, in florentiſſima Saxonum ditione tot Eccleſias, tot bona Catholicis erepta, & quidem non alia ex cauſſa, quam quia ea, quæ a multis ante Lutherum ſæculis pleno jure Deo & Catholicis ritibus ſacrata & donata fuiſſent, antiquis Dominis, ac Poſſeſſoribus auferre, & novæ doctrinæ (quæ tamen, ſi Evangelica eſt, dominia evertere, aliena rapere &c. non docet) aſſeclis vindicare placuit. Hæc ſerio perpendens Pontifex, ſolertius in cauſſas inquirere cæpit, ob quas tot cultioris ingenii homines in Saxonia ad Eccleſiæ Catholicæ gremium redire pertinacius detrectarent: nec difficile erat, quod rei caput eſſet, detegere; noverat enim, eorum potiſſimos temporalium bonorum aucupio velut hamo aureo incautius captos ab Eccleſia Romana receſſiſſe, inde ergo inferebat, bona, quæ occupaſſent, ſi eis relinquerentur, facillime ad Eccleſiam redituros: His acceſſerat communis ferme perſuaſio, quod præcipue Nobiles in ſua pervicacia detineret timor, ne ad veram fidem reverſi, dictante jure naturali bona aliena non ſine magno familiæ ſuæ detrimento dimittere cogerentur: His rite perpenſis Clemens

 Papa

Sæc. XVIII. A. C. 1732. Papa animi ſui propoſitum die vigeſi-ma prima Julii Cardinalibus in ſecreto ut vocant Conſiſtorio manifeſtavit, ha-bita ad eos hac oratione:

*Venerabiles Fratres!*

„Charitas Chriſti, quæ apoſtoli„miniſterii ſtudia omnia regere debe„& officia curasque diſpenſare, urg„nos, ut, quidquid ad animarum ſ„lutem, quas pretioſo ſanguine red„mit, conducibile cenſuerimus, cet„ris rationibus anteferamus; pro„nimirum intelligentes ad optati„mum hunc fructum creditam no„eſſe Apoſtolatus auctoritatem. Po„inter eas regiones, quarum no„vera & æterna felicitas maxime co„eſt, paternam animi noſtri ſollici„dinem potiſſimum exercet *Saxon*„*ditio*, in qua noviſſimis tempori„*hæreſis exorta* in alias ſubinde Prov„cias & regna miſere influxit, & „quam revocandam atque in ſan„Eccleſiæ ſinum reducendam tot la„res, & vigilias Prædeceſſores noſ„Romani Pontifices impenderu„Quum autem diu multumque ap„animum noſtrum cogitaverimus, ſq„potuerint difficultates occurſare, q„minus eorum conſilia proſperum op

„tu

Sæc.XVIII. A.C. 1732.

„tumque ſucceſſum haberent, præcipuum divini operis impedimentum „inde provenire putavimus, quod plerique ægre admodum in animum „poſſent inducere, ut ea *Bona* dimitterent, *quæ olim ad Eccleſias pertinebant*, „*iisque vitæ* commodis, quibus conſueverant & ipſi carerent, & eorum liberi deſtituerentur, nec ſuppeterent, „unde aliter ea fortunarum detrimenta „reique familiaris diſpendia reſarcirent. „Nos propterea, quos plane immeritos „conſtituit Dominus ſuper familiam „ſuam, ut, tanquam fideles & prudentes Sacri Patrimonii diſpenſatores, eam difficultatem ſubmoveremus, „nonnullis venerabilibus fratribus noſtris, Collegis veſtris, in conſilium „adhibitis, Prædeceſſorum exempla „recolentes mentem etiam voluntatemque ſatis compertam habentes Clementis fel. record. Papæ XI. Prædeceſſoris itidem noſtri, eam ſententiam „ſuſcepimus, ut iis, qui in præſens „poſſident, *modo ad Catholicam Eccleſiam redeant*, eorumque Orthodoxis „ſucceſſoribus condonaremus univerſa „bona illa, quæ in ditione chariſſimi „in Chriſto Filii, Friderici Auguſti, „Regis Poloniæ, tanquam Electoris „Saxoniæ, ſita ſunt, quemadmodum „re ipſa remittimus & condonamus,

 „ita,

Sæc.XVIII. A. C. 1732.

„ita, ut neque nos ipſi, neque ſucceſ-
„ſores noſtri, multoque minus ali[a]
„quævis Eccleſia aut perſona quidquam
„juris in ea bona ſibi eo nomine vin-
„dicare poſſit. Ad cujus rei ſolemni-
„tatem & authenticam actorum fidem
„literas apoſtolicas dedimus. Fore
„autem confidimus, ut, quos calum-
„niatorum licentia a via veritatis ab-
„duxit, hoc noſtræ Charitatis ſtudio
„intelligant, a nobis cuncta conferri,
„ut reportemus finem fidei noſtræ, ſa-
„lutem animarum. Interea Patrem
„miſericordiarum ſupplices oramus,
„ac fraternitatum veſtrarum preces
„ſupplicationibus noſtris cupimus con-
„ſociari, ut hoc voluntatis ac provi-
„dentiæ noſtræ judicium cæleſti bene-
„dictione ſecundet & abundantia pie-
„tatis ſuæ aliquando perficiat, ut non
„modo Saxonia, ſed ceteræ quoque
„Provinciæ, quæ a nobis receſſerunt,
„& pro quibus animam ponere parati
„ſumus, erroribus ſuis abjectis, veram
„& legitimam ſuam matrem, Eccle-
„ſiam Catholicam, Apoſtolicam, Ro-
„manam filiali obſervantia agnoſcant
„& proſequantur.„

§. XVIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

## §. XVIII.

### *Ejusdem Pontificis epiſtola ad Poloniæ Regem hac in cauſſa.*

Hoc Pontificis propoſitum omnibus ferme Cardinalibus probabatur, quare ex eorum conſilio ſequenti mox die Papa ad Auguſtum Saxoniæ Electorem ac Poloniæ Regem literas dedit hujus tenoris:

*Chariſſime in Chriſto Fili noſter, Salutem &c.*

„Ut noſtri Apoſtolatus ſtudiis ad „procurandam animarum ſalutem ju„giter intentis paterna Charitate ac „pari ſollicitudine obſecundaremus, „quid providentia noſtra ſuſceperit ac „decreverit, intelliget Majeſtas Tua „tam ex Actis Conſiſtorialibus, quam „ex Apoſtolicis, quas dedimus, lite„ris, quarum exempla ad Te curanda „mandavimus. Porro ad eam rem „alacrius capeſſendam, magnum mo„mentum acceſſit ex ſingulari fiducia, „quæ proculdubio perſuaſit, ut, quo „divina benignitas revocandis ad ſinum „Catholicæ Eccleſiæ ſubditis tuis feli„cius curas noſtras cæleſtibus bene„dictionibus provexerit; eo ſtudioſius

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„tam Majeſtas tua, quam dilectiſſim „in Chriſto Filius noſter, regius Prin „ceps, natus tuus, ſatagerent, ne ull „reſtituendæ alendæque religioni ne „ceſſaria ſubſidia deeſſent. Age ig „tur Chariſſime in Chriſto Fili noſte „divinum opus ad Dei honorem, v „ramque Saxonicæ ditionis tuæ fel „citatem, tua auctoritate, pietate „ſapientia, pro virili parte urgere „promovere ne dubites, operamq „magnitudine animi ac virtutis tu „digniſſimam ſtudiis noſtris conſoci „Interea omnipotentem Deum ſupp „ces poſcimus, ut Majeſtatem tuam „regiamque familiam bonis omnib „augeat & cumulet, futurum ſpera „tes, ut ex ea ditione, unde cath „licæ eccleſiæ ſuperiori tempore luct „& vulnera illata ſunt, inde præcip „profectura ſint gaudia. Ac tibi, C „riſſime in Chriſto Fili noſter, Ap „ſtolicam benedictionem amantiſſim „impertimur.„

## §. XIX.

*Literæ Apoſtolicæ Clementis Pap circa bona Eccleſiaſtica in ditione Saxonica.*

Pon

Pontifex de ſummo, quo Auguſtus Sæc. XVIII.
Rex ac Saxoniæ Elector fervebat, A. C. 1732.
Religionis ſtudio plurimum confiſus, ad eundem Regem ſuas literas Apoſtolicas jam die nona Julii confectas & a triginta quatuor Cardinalibus ſubſcriptas die prima Auguſti transmiſit, hujus tenoris:

„Sedes Apoſtolica, pia mater, „probe agnoſcens aſſidueque recogi„tans, potiſſimam curam & ſollicitu„dinem ſuam in fidei Catholicæ, ſine „qua impoſſibile eſt placere Deo, uni„tate ac integritate retinenda, & ani„marum pretioſo Chriſti Domini ſan„guine redemptarum æterna ſalute „procuranda ſitam eſſe, nihil præter„mittit, aut intentatum relinquit, „quod ad eandem fidem, ubi illæſa „viget, ſartam tectam tuendam, ubi „vero collapſa eſt, reſtituendam, ipſas„que fidelium animas in viam ſalutis „dirigendas judicat pertinere; ac pro„pterea ab Orthodoxa religione recta„que via deviis & errantibus filiis, „quos nunquam obliviſcitur, nedum „maternum ſinum jugiter aperit, ſed „etiam iter ſternit planum, per quod „ſublatis quibusdam impedimentis, „ad Chriſti ovile atque ad cor facilius „redire valeant, prout in Domino con„ſpicit, ſalubriter expedire. Quum

„itas

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„ itaque nos, qui militantis Eccleſiæ
„ atque univerſi Dominici gregis regi-
„ men in beatiſſimo Petro Apoſtolorum
„ principe divinitus accepimus, ac iis
„ Chriſtiani orbis Provinciis paſtoralis
„ vigilantiæ noſtræ ſtudium præcipue
„ impendere debemus, quæ opem &
„ operam noſtram magis expoſcere vi-
„ deantur, peculiarem atque ab ipſius
„ Pontificatus noſtri primordiis paternæ
„ conſiderationis noſtræ intuitum dire-
„ xerimus ad *Ducatum Saxoniæ*, ubi
„ *ſcilicet hæreſis poſtremis hiſce temporibus*
„ *originem & incrementum ſumpſiſſe digno-*
„ *ſcitur*, ac pro cujus reductione ad
„ priſcam & Catholicam fidem plures
„ ex Romanis Pontificibus Prædeceſ-
„ ſoribus noſtris præclara cum eorum
„ nominis laude ſtrenue multumque
„ allaborarunt, diuque nobiscum ani-
„ mo reputantes, unde factum ſit, quod
„ tot eorundem Prædeceſſorum labores,
„ ac collata eum in finem egregia ſtu-
„ dia nondum optatos fructus conſe-
„ cuta fuerint, neque impleta ampla
„ illa ſpes, quam ſancta Dei Eccleſia
„ collocaverat in reverſione ad ejus
„ gremium Chariſſimi in Chriſto Filii
„ noſtri Auguſti, Poloniæ Regis illu-
„ ſtris, ipſius Saxoniæ Ducis ac ſacri
„ Romani imperii Principis Electoris,
„ tum dilectiſſimi in Chriſto pariter Filii
„ Fride-

„Friderici Auguſti, regii Poloniæ & „Electoralis Saxoniæ Principis, nati „ſui, qua ſibi pollicebatur, futurum, „ut reliqui inclytæ ſtirpis Saxonicæ „Principes ac populi ipſius Ducatus „monſtratam ab iis viam feliciter ini„rent, ac ſicuti Saxonicam domum in „hæreſi amplectenda & fovenda olim „ſecuti fuerant errantem, ita ſeque„rentur reſipiſcentem, re accurate „perpenſa, merito dubitaverimus, id „exinde præſertim provenire, quod „plerique ægre adduci valeant, ad di„mittenda & relinquenda bona Ec„cleſiaſtica, quæ præteritorum tem„porum injuria ac confuſione, dum „hæreſis in eo Ducatu omnia miſceret, „occupata ab illis detinentur, utpote „qui ſine iis bonis, vitæ humanæ ſub„ſidiis vel commoditatibus, quibus „aſſueti ſunt, exuerentur, eorumque „filii & familiæ neceſſaria ſuſtentatio„ne, cui aliunde ſubvenire nequirent, „carere cogerentur, & ad duram pau„pertatem redigerentur. Hinc eſt, „quod nos, quos conſtituit Dominus „ſuper familiam ſuam, ut tanquam fi„delis ſervus & prudens Chriſti patri„monium adminiſtraremus, *reductio„nem Ducatus dicti ad Catholicæ & uni„verſalis Eccleſiæ unionem*, totque ani„marum ſalutem nullis terrenarum re-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„rum

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„rum reſpectibus impediri ac retar-
„dari debere exiſtimantes, ac proin-
„de, quæ gentem Saxonicam a vera
„Religionis propoſito, amittendarum
„facultatum metu incurrendæque mi-
„ſeræ egeſtatis horrore, retrahere poſ-
„ſent, ſubmovere volentes, nobisque
„perſuadentes, opus reductionis hujus-
„modi eo majores progreſſus habitu-
„rum fore, quo amplior uberiorque in
„bonis Eccleſiaſticis remittendis noſtra
„& hujus ſanctæ Sedis perſpecta fuerit
„benignitas & indulgentia, poſt matu-
„ram, quam cum aliquot ex venerabi-
„libus Fratribus noſtris ſanctæ Roma-
„næ Eccleſiæ Cardinalibus, deſuper
„habuimus, deliberationem nonnu-
„lorumque Romanorum Pontificum
„Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis
„necnon menti felicis recordationis
„Clementis PP. XI. Prædeceſſoris in-
„dem noſtri nobis apprime notæ
„inſiſtentes, de eorumdem venerabi-
„lium Fratrum noſtrorum Conſilio &
„aſſenſu, ac etiam motu proprio & ex
„certa ſcientia noſtra, deque Apoſto-
„licæ poteſtatis plenitudine, *omnia &*
„*ſingula bona Eccleſiaſtica, cujuscumque*
„*quantitatis, qualitatis & valoris,* in
„*Ducatu Saxoniæ aliisque ditionibus*
„memorato Auguſto regi, uti Saxoniæ
„Duci, ſubjectis *conſiſtentia, præterito-*
„*rum*

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„*rum temporum confuſione occupata*, ſic-
„ut præmittitur, *modernis eorum poſ-*
„*ſeſſoribus ſeu detentoribus* cujusvis ſta-
„tus, gradus, ordinis, dignitatis,
„conditionis & præeminentiæ fuerint,
„*qui ad Catholicæ Eccleſiæ unitatem jam*
„*redierunt, vel in poſterum redierint eo-*
„*rumque ſucceſſoribus quibuscumque Catho-*
„*licis &* in ſinceritate Orthodoxæ fidei
„perſeverantibus unacum fructibus
„perceptis harum ſerie de ſpecialis
„dono gratiæ *plenarie remittimus*, *con-*
„*donamus*, *cedimus* & relaxamus, dictis-
„que poſſeſſoribus ſeu detentoribus,
„eorumque ſucceſſoribus, ut ipſi de
„bonis præfatis, tanquam ſuis pro-
„priis, tam inter vivos, quam ex cauſ-
„ſis mortis, aut alias quomodolibet,
„diſponere poſſint, plenam & liberam
„tenore præſentium tribuimus facul-
„tatem & poteſtatem, neque illos pro
„parte Sedis Apoſtolicæ Eccleſiarum,
„ad quas & quæ bona prædicta olim
„pertinebant, aut aliorum quorumvis
„in eis ſeu ad ea jus vel intereſſe ha-
„bentium, ſeu habere prætendentium,
„ratione & occaſione præmiſſorum de-
„ſuper moleſtari, inquietari, aut per-
„turbari poſſe, motu, ſcientia & po-
„teſtatis plenitudine prioribus ſtatui-
„mus, decernimus & declaramus. Non
„obſtantibus de jure quæſito non tol-

„lendo,

Sæc. XVIII. A. C, 1732.

„lendo, aliisque noſtris & Cancellariæ „Apoſtolicæ regulis, nec non reco„lendæ memoriæ Symmachi, quæ in„cipit: *Non licet &c.* ac Pauli ſecundi „prædeceſſorum quoque noſtrorum „*de rebus Eccleſiæ non alienandis*, & qui„busvis aliis Apoſtolicis ac univerſa„libus provincialibusque & Synodali„bus Conciliis editis, generalibus vel „ſpecialibus Conſtitutionibus & ordi„nationibus ac quarumcumque eccle„ſiarum, monaſteriorum & locorum „piorum fundationibus, ac etiam ju„ramento, confirmatione apoſtolica „vel quavis firmitate alia roboratis, ſta„tutis & conſuetudinibus, privilegiis „quoque indultis & literis apoſtolicis „in contrarium præmiſſorum, quomo„dolibet conceſſis, confirmatis & in„novatis, ceterisque contrariis qui„buscumque. Ceterum ſperamus, eos„dem, Auguſtum Regem & Frideri„cum principem Ducatu præfato ad „verum Dei cultum ac orthodoxam „fidem, favente & benedicente Do„mino, redacto, pro eorum ſingulari „in Deum ipſum pietate, eccleſiarum „prædicti Ducatus rationes & com„moda ſemper curæ cordique habitu„ros, & quantum in eis erit, pro„moturos.„

„Volu-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„Volumus autem, ut præſentium „tranſumptis, etiam impreſſis, manu „alicujus Notarii Publici ſubſcriptis „& ſigillo perſonæ, in dignitate Ec„cleſiaſtica conſtitutæ, munitis, ea„dem prorſus fides in judicio & extra „adhibeatur, quæ ipſis præſentibus „adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel „oſtenſæ.„

„Nulli ergo omnino hominum li„ceat hanc paginam noſtræ remiſſio„nis, condonationis, ceſſionis, de„creti, ſtatuti, ac declarationis in„fringere, vel ei auſu temerario con„traire; ſi quis autem hoc attentare „præſumpſerit, indignationem omnipo„tentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli „Apoſtolorum ejus ſe noverit incur„ſurum.„

Verum piis hiſce Papæ conatibus non reſpondit ſperatæ rei ſucceſſus; Saxones enim retentis Catholicorum bonis Catholicorum fidem amplecti noluerunt: Hujus pertinaciæ origo erat, quod ſaltem potiſſimi de hujus fidei veritate, & vera Chriſti Eccleſia convicti non eſſent, vel convinci noluerint. Hanc enim, ſi in Religione Catholica ſemper exſtitiſſe, & usque ad conſummationem ſæculi immote ac illibate exſtituram crediidiſſent, utique cum D. Petro dixiſſent: *Ecce nos reli-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

*quimus omnia* &c. & haud ſolliciti retinendis, ſponte ad pedes Chri omnia hæc bona non minus promp quam olim Apoſtoli ſua retia, nav & telonia abjeciſſent. Ex hoc defe proveniſſe videtur, quod aliqui ri culum eſſe cenſerent, a Papa dona quæ ipſius non eſſent, alii propud ſum exiſtimabant, ſuam conſcienti & religionem bonorum temporali pretio vendere &c.

## §. XX.

### *Nova editio vitæ Agnetis, & al rius opuſculi de miraculis B.V.M proſcripta.*

Jam tertio decimo poſt Chriſtum tum Sæculo prodierat libellus vita & revelationibus Sororis Agne Blanbeck Ord. S. Claræ, quem c dulo nimis ac incauto calamo conſ pſerat quidam Religioſus ex Ordi FF. Minorum: Inſuper typi ætate me æqualis erat libellus, quem Pot Presbyter ac Monachus *de mirac S. Dei Genitricis Mariæ* publici ju fecerat. Utrumque hoc opuſculu utpote ob vetuſtatem blattis ac tin pene exeſum ſolertiſſimus antiquoru Codicum reſtaurator P. D. Berna dus Pez in Abbatia Mellicienſi Pro feſſu

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

feſſus Ord. S. Benedicti e ſuis tenebris eruit, ac nova editione publicæ luci commiſit. Inciderant ambo hi libelli Viennæ in manus Comitis de Sinzendorff, qui non pauca in utroque reperit, quæ, etſi verà forent, promiſcue legentium oculis objici, haud conſultum cenſebat, præcipue vero Eidem offenſioni erat id, quod de Præputio Salvatoris in vita Agnetis referebatur: Præter alia etiam in Pothonis libro potius ludibrio quam legentium ædificationi inſervire judicabat fabulam, qua narratum, quod quædam Abbatiſſa a ſuo Dapifero imprægnata, per B. V. ab infamia, ventrisque onere liberata fuerit: Hæc ubi non ſine ſtomacho legerat Comes, Nicolaum Pium Garellium ſupremum Vindobonenſis Bibliothecæ Præfectum accerſivit, eique aliisque Viris graviſſimis juxta ac doctiſſimis utrumque libellum perluſtrandum tradidit, ut ſuum deſuper judicium ferrent. His autem omnibus hoſce libellos omnino ſupprimendos eſſe judicantibus, Comes rem ad Cæſarem detulit, cujus juſſu inaugurati hi partus primo ferme in ortu per Cæſareum decretum ſuffocati ſunt. Hoc comperto celeberrimus Vir Bernardus Pezius ea, quæ aliis duriora videbantur, excuſare, rectamque ſuam

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

mentem in adornanda hac editio vindicare nitebatur, data die quar Junii anno priori ad ipſum Garelliu epiſtola ſequente.

„Dudum jam eſt, Perilluſtris D „mine, quod literæ ad Te dandæ p „veteri inſtituto meo videbantur, tu „ut quid rerum hic in ſtudio noſt „literario ageretur, ex aſſe tenere „tum ut perennem meum inclyti n „minis Tui cultum obſervantiamq „amplius Tibi probarem. Verum cu „ad eam epiſtolam, qua codice „meum Diplomatico - Hiſtoricum Ti „ceu Patronorum meorum Princi „auſus ſum offerre & commenda „nullas penitus literas a Te accep „ſem, verebar vehementer, ne qua „re imprudens Te offendiſſem, a „mumque Tuum a me infeliciter al „naſſem: itaque officium illud meu „epiſtolare tantiſper diſtuli, dum „num Tuum ſuaviſſimum per comm „nes amicos explorarem, & cul „meæ fontem detegerem. Sed du „in his verſor, percommode accid „ut Monaſterii noſtri actor nuper „me, Viennæ pauculis diebus co „morantem, veniret, ſignificaretqu „Te mirari, cur ad Te, ampliſſi „Vir, pro more non inviſerem. R „vixi illico ad hunc amorem erga m

„Tuum

„Tuum, & veluti ad Labyrinthi exi- Sæc. XVIII. A. C. 1732.
„tum jam conſiſtens uberiores veter-
„rimæ amicitiæ & patrocinii Tui fru-
„ctus animo prægustabam; porro, cum
„de ſingulari iſthoc in me animo Tuo
„non niſi pridie diſceſſus mei mihi con-
„ſtitiſſet, magnopere indolui tempore
„excluſum me non poſſe ex hac Tua
„benevolentia, uti optabam, profi-
„cere: Spopondi tamen illico me lite-
„ris præſtiturum, quod coram amplius
„haud liceret; id quod & nunc exſe-
„quor, Te, Perilluſtris Domine, per
„totius amicitiæ Numen deprecans, ut
„in tuorum me licet immeritum, nu-
„mero deinceps conſervare ne dedi-
„gneris: Experieris ſemper, qualem
„hucusque expertus es, Tui ſcilicet
„illuſtris nominis commeritæque glo-
„riæ ſtudioſiſſimum, Tuisque nutibus
„obſequentiſſimum.„

Cæterum qualis nunc hic noſtra-
„rum muſarum ſtatus ſit, mihi expli-
„catu & difficillimum & luctuoſiſſimum
„eſt. In extremum diſcrimen nos ad-
„ducit editio vitæ vener. Agnetis &
„libelli Pothonis Presbyteri de mira-
„culis ſanctæ Dei genetricis Mariæ,
„quod utrumque opuſculum Viennæ
„confixum eſſe noſti. Ibidem nuper
„dum eſſem, veluti inter fulmina mihi
„incedere videbar, adeo triſtia &

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„ formidoloſa meis auribus ingerebu
„ tur. Erant nonnulli qui hiſtoria
„ Abatiſſæ lapſæ ex Pothonis cap.
„ cum Agnetis cap. 37. de præpu
„ Domini commiſcerent, indeque
„ neceſſum erat, neſcio quod abo
„ nandum monſtrum conflarent; dedo
„ tandem errorem, opuſculum me
„ nunquam ſe legiſſe affirmabant;
„ ſane obſtupui, cum intellexi tan
„ lam opellam adeo ſtudioſe a ſæcu
„ ribus viris utut piis ac doctis le
„ quam religioſis hujusmodi rebus
„ ſuetis in pietatis fomentum deſti
„ veram. Duriora videntur aliqui
„ etiam præſtantibus viris in vita Ag
„ tis c. 37. & apud Pothonem c.
„ quocirca Te obteſtor ac enixiſſ
„ rogo, ut Tomum I. Actor. Sancto
„ celeberrimorum Bollandianorum S
„ ctio. I. ad diem 1. Januar, conſul
„ ubi eruditiſſimi hi Theologi Feſt
„ commemorationis Sacroſancti Pr
„ putii D. N. Jeſu Chriſti Antverpi
„ alibi prolixe recenſent, ſimulque a
„ runt illuſtriora omnia, quæ de ſa
„ ſancta hac corporis Dominici p
„ ejusque publico in Eccleſia cultu
„ religione ex ſummis Theologi
„ Bullis Epiſcoporum ac Rom. Po
„ ficum magnus ille Rosweidus co
„ geſſit; ubi ſimul obſerva, Perilluſt
„ D

„Domine ac eruditiſſime, ea, quæ Bol- Sæc.XVIII.
„landiani ex S. R. E. Cardinale Fran- A.C. 1732.
„ciſco Toleto, celebri illo e Soc. Jeſu
„Theologo referunt, recuſa fuiſſe ſæ-
„pius in vulgari lingua Italica in cen-
„turiis Menochii S. J. quod opus tan-
„dem etiam germanice prodiit cum
„Auguſtiſſimi Imperatoris Cæſaris
„Leopoldi privilegio Auguſtæ Vindel.
„circa Anno 1691. Stupebis ad iſta,
„ſcio, & eo liberius deinceps Agnetem
„meam apud amicos abſolves, quod
„nonniſi caſtiſſimum ſignum caſtiſſimi
„& ſanctiſſimi ſanctuarii in lingua ſen-
„ſerit, id quod ipſum vitæ ſcriptor
„diſciplinatiſſimis verbis deſcribit: non
„ſenſit Agnes ipſum verum Sacroſan-
„ctum Domini noſtri præputium in
„lingua, ſed ejus ſymbolum duntaxat
„modo quodam ineffabili & ſanctis pu-
„risque animabus familiari, nam de
„vera ſacroſancta ejus Dominici cor-
„poris parte diſerte additur, reſurre-
„xiſſe cum Domino, quod & graviſ-
„ſimi Theologi docent; nec in vexato
„vitæ Agnetis capite ſermo eſt de præ-
„putio Domini, quod nunc eſt, ſed
„quod in circumciſione pro ſalute ge-
„neris humani præſectum fuit, cujus-
„que cultum, ſi alicubi adhuc vere
„exſtet, nullus Catholicorum recuſet.
„Miror quosdam ita delicatis auribus

 „eſſe,

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„eſſe, ut ne nomen quidem præputi
„audire ſuſtineant, cum tamen Paulu
„adeo ampliter de præputio Abraha
„in Epiſt. ad Rom. cap. 2, 3. &c.
„diſſerat, nosque Catholici omne
„certi ſimus in diviniſſima Euchariſti
„nos non ſolum Sacroſanctum Je
„Chriſti præputium, ſed & omnes e
„jusdem corporis partes ſanctiſſima
„vere ac reapſe percipere. Ad Ab
„batiſſam lapſam apud Pothonem quo
„attinet, ea hiſtoria in celeberrim
„Germaniæ, Italiæ & Belgii urbibu
„minimum ſexies cuſa publicis typi
„& recuſa fuit ſine ullius mortaliu
„ſcandalo, exſtatque apud Vincen
„Bellovacenſem Lib 6. cap. 87. ſpecu
„Hiſtoriar. apud Bagatam Tom. II. d
„admirandis orbis Chriſtiani, & no
„viſſime apud piiſſimum & doctiſſimu
„virum Michaelem a ſancta Cathari
„in Trino perfecto; quod opus fere i
„omnibus religioſorum conventibu
„publice privatimque legitur, ſolem
„nibusque Theologorum approbatio
„bus munitum eſt. Sed quorſum iſ
„apud Te, Decus Eruditorum, ſcil
„cet, ut amicos moneas & cum licu
„rit, ipſi etiam Auguſtiſſimo & caſti
„ſimo noſtro monarchæ ſuggeras,
„me nihil ſine præſtantiſſimorum Theo
„logorum exemplo editum fuiſſe. Quo
„ſane

„ſane amantiſſimo facto Tuo & afflictiſ- Sæc. XVIII. A. C. 1732.
„ſimas muſulas noſtras eriges, effi-
„ciesque, ut recuperata maximi Prin-
„cipis gratia, ſine qua nihil ſumus,
„tanto alacrius ea perſequamur, quæ
„in ejusdem gloriam ſempiternam du-
„dum inchoavimus. Vale Patrono-
„rum maxime & qua potes ope ma-
„xima nos Tibi devotiſſimos in iſta pro-
„cella ſane improviſa tuere. Mellicii
„4. Junii 1731.

P. S. De reſponſione P. Hanſizii
„proxime, nihil egit vir eruditus: vetu-
„ſtiſſimum Hiſtoriæ Habspurgico-Au-
„ſtriacæ monumentum ex recentiori-
„bus ſcriptoribus convellens, ſubinde
„ne me quidem cepit.„

## §. XXI.

### *Garellii reſponſum hac in cauſſa.*

Ad has literas Garellius die decima tertia ejusdem Menſis & anni hoc dedit reſponſum:

„An poſtremis literis Tuis, quas
„inſtitor Monaſterii noſtri nuper mihi
„tradidit, vir Clariſſime atque ad-
„modum reverende, quidquam re-
„ſponſi darem, diu, ut candide fatear,
„dubius hæſi, non privatis modo ra-
„tionibus meis, ſed & amicorum con-
„ſilio, ne dicam authoritate permotus,

 „Abs-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„Absque hoc fuiſſet, citius honeſti viri „officio (ut mei moris eſt, cum per „occupationes licet) feciſſem ſatis. „Namque pronum non erat ex integro „prolixæ Epiſtolæ Tuæ contextu in„telligere, quo animo ad me ſcripſiſ„ſes; cum ignorare ſolus videreris, „quæ acta ſunt Viennæ, & ipſo quidem „Excellentiſſimo comite Sinzendorffio, „ampliſſimo Mæcenante Tuo, occaſio„nem præbente. Vicit tamen animi „mei candor, qui Te ſententiam meam „vel diutius latere non ſuſtinuit, vel „etiam ſcire (ut liberum hominem de„cet) nec veretur nec detrectat. Hoc „ut percipis, modo affectus, ſepoſitis„que omnibus epiſtolaribus quamquam „officioſis mendaciis calamum ad re„ſpondendum arripui, ſed ante om„nia purgandus Tibi ſum a crimine, „quod niſi molliſſima humaniſſimaque „exprobatione commemoraſſes, opti„ma ſane fide adhuc ignorarem; Con„quereris nempe, ad eam epiſtolam „tuam, qua codicem diplomatico„hiſtoricum mihi perhumaniter obto„leras, te nullas penitus literas a me „accepiſſe; quod cum afferas factum, „negare mihi religio eſt, ſed quid ante „duos ferme annos mihi aſſidue & va„riis modis, ut non ignoras, occupa„tiſſimo accidiſſe eo temporis potuerit,

„quod

„quod neglecti officii apud Te veniam Sæc.XVIII.
„pro ſingulari humanitate Tua forte A. C. 1732.
„non difficulter impetraſſet, memoria
„nunc non ſuggerit, malo igitur igno-
„ratam quamvis hucusque culpam ro-
„tunde fateri veniamque deprecari,
„quam per ambages effugium quærere.
„Quod vero ais, Te tantillam ob rem
„veritum, ne animum a te alienaſſem,
„itaque officium Epiſtolare tantiſper
„diſtuliſſe, dum ſinum meum per com-
„munes amicos explorares, hoc de-
„mum eſt, quod me afficit, & de quo
„ſi viciſſim conquerar, id optimo meo
„jure fecero; norunt enim omnes,
„qui me bene norunt, quam explo-
„ratu facilis ſit ſinus meus, in quo
„nullæ latebræ, nullum in ſimulatione
„præſidium, quo minus totus pateat
„adeuntibus; & ſi quid eſt, de quo
„in toto alias obſcuræ vitæ meæ inſti-
„tuto jure aliquo gloriari poſſim, id
„ſane totum in candida animi atque
„ſincera libertate poſitum eſt, qua ſine
„fuco cognitam a me veritatem profi-
„teor, & ubi opus eſt, pro viribus e-
„tiam tueor; nec puto ſolidæ atque
„cordatæ amicitiæ vinculum inter
„probos arctari unquam validius poſſe.
„Si igitur me ut ſolebas, amica liber-
„tate adiiſſes, neque ſegnibus illis ex-
„ploratoribus tuis tam arduum explo-

„randi

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„randi ſinus mei negotium commiſiſ-
„ſes, quo nec duorum annorum in-
„tervallo functi ſunt, antiquam in me
„erga Te voluntatem, quam olim tuis
„rebus non omnino inutilem fuiſſe,
„pro Tua humanitate profiteris, ex-
„pertus eſſes; nec putaſſem amicitiæ
„noſtræ quidquam deceſſurum, ſi li-
„beros animi mei ſenſus circa bonæ
„Agnetis tuæ vitam & revelationes,
„necnon Pothonis Presbyteri & Mo-
„nachi libellum de miraculis ſanctæ
„Dei genitricis Mariæ a meipſo exce-
„piſſes, & quomodo res acta ſit Vien-
„næ enucleatius & non per incertos
„rumores edoctus fuiſſes.

„Utque tandem, ni fallor, ad ve-
„ram Epiſtolæ tuæ cauſſam rationem-
„que devenimus, qua permotus (cum
„veram facti hiſtoriam, quod tamen
„ſatis mirari non poſſum, ignorare
„videaris) ad me demum poſt duorum
„ferme annorum ſilentium confugere,
„miſſa quaſi apologetica epiſtola, ut
„afflictis tuis rebus conſuleres, decre-
„viſti, hoc idem nempe eſt, quod me
„a ſcribendo non ſine ratione dehorta-
„batur, cujus conſilii adprobatores
„habui amicos omnes & prudentes &
„doctos viros; petis enim a me, ut
„amicos moneam, &, cum licuerit,
„ipſi etiam Auguſtiſſimo, Caſtiſſimo
„noſtro

„noſtro Monarchæ ſuggeram, a Te „nihil ſine præſtantiſſimorum Theolo- „gorum exemplo editum fuiſſe, quæ „tamen cum ſæpius atque ſcrupuloſius „animo verſarem, probe exactis utrin- „que rationibus, a propoſito mihi re- „cedendum eſſe tandem decrevi: ti- „mebam enim, ſi hac quoque vice „Tuis literis humaniſſimis non reſpon- „derem, vel te in ſuſpicione, quam „de alienatione animi mei nimis levi- „ter (parce verbo.) conceperas, ul- „tro confirmatum iri, vel exiſtimatu- „rum, me forte ſuperfluo quodam „pudore veritum eſſe Tibi palam de e- „ditis opuſculis judicium meum can- „dide profiteri, ſi quando id aliunde „reſciviſſes, utrumque vero, ut ſum „a natura informatus, ægerrime tu- „liſſem. Mea igitur æque ac Tua refert, „te ſcire, poſt Excellentiſſimum Co- „mitem Sinzendorſium me forte pri- „mum horum duorum opuſculorum ex „veteribus membranis editionem no- „ſtris præſertim temporibus factam im- „probaſſe; quibus temporibus magno „Dei favore ſoliſſæ nimis ac pernicioſæ „cum ignorantiæ tum ſuperſtitionis „nebulæ a viris tam ſolide doctis quam „vera pietate ac religione imbutis, ſunt „diſſipatæ, hinc abſterſo feliciter fuco, „quo miſere utraque fœdabatur, na-

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

„tivum

Sæc. XVIII A. C. 1782.

„tivum decus ac ſplendor rediere. De„ſiderabam nempe in horum opuſcu„lorum editione judicium ad ſeveriori„criticæ non humanæ dicam ſed di„Chriſtianæ regulas paulo adcuratiu„exactum; quam Cenſuram ut deci„nes, mea quidem ſententia declama„torium illud tuum epiphonema de„carnali ſapientia ſtolide ferocient„non ſufficit. Longe lateque vagab„tur libellus tuus, me vel titulum ve„quod exſtaret, ignorante, cum Exce„lentiſſimus Comes Sinzendorffius, a„quem negotii cujusdam procurand„cauſſa acceſſeram, libellum protuli„mihi legendum tradidit, mandavi„que, ut meum de eo judicium li„libere dicerem: Vix aliquot pagell„primi opuſculi unacum præfatio„domi meæ abſolveram, redii ad Co„mitem, & cur mihi ſimilia legend„& excutienda dediſſet, quæ minim„ad me pertinent, amice congeſtu„ſum, promiſi tamen, cum ita velle„me opus abſoluturum; annuit Come„& me ſuadente aliis quoque legen„dum dedit graviſſimis doctiſſimisqu„viris, in quibus carnalis ſapienti„(quæ ſane multa eſt) clariſſimo quo„que religionis lumine & ſobria mo„rum gravitate temperatur, & dirigitur„a quorum nominibus, etſi magnum

„mihi

„mihi in iisdem præſidium foret, Sæc. XVIII.
„temperandum tamen eſſe judicavi; A.C. 1732.
„horum omnium idem judicium fuit,
„quo conſenſu factum eſt, ut meum
„mihi, cui alias non multum tribuo,
„minus diſplicuerit. Quam vellem,
„mi Bernarde? ut argumenta, quæ
„in tuæ editionis defenſionem produ-
„cis, id roboris haberent, ut me in
„ſententiam trahere valerent; darem
„hoc libenter amicitiæ, darem & cla-
„riſſimo nomini tuo: Sed rude & forte
„carnale nimis ingenium meum, hanc
„vim non ſentit; contra mentem vero
„loqui, cum ad loquendum ſum pro-
„vocatus, non didici. Præſidium
„primo tibi nullum eſt in clariſſimis re-
„ligioſiſſimisque viris actorum Sancto-
„rum celeberrimis collectoribus, quæ
„acta Bollandiana dicuntur, ſiquidem
„illis, ut fidis hiſtoricis, incumbit, ea
„omnino incorrupte proferre in lucem,
„quæ, ſive in vetuſtis Sanctorum actis,
„ſive in Eccleſiarum monaſteriorumve
„tabulariis non apocrypha, non fraude
„corrupta, non interpolata pro ſæculi
„genio invenerunt, relicta legentibus
„libera judicandi atque eligendi facul-
„tate: Te vero quæ demum dura ne-
„ceſſitas coegit, neglectum per qua-
„dringentos & ultra ſolidos annos opu-
„ſculum blattis ac pulveri a divina
„provi-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„providentia deſtinatum publico judi-
„cio in tanta literarum luce exponere
„cum vel invitus ipſe in præfatione
„fatearis, bonam (ne quid acerbius
„dicam) Agnetem tuam, quam tu
„repente venerabilem feciſti, adeo ob-
„ſcuri nominis fœminam fuiſſe, ut
„quamquam nullam non operam de-
„deris, ut non nihil amplius de reli-
„quis virginis rebus a Patribus Mino-
„ritis Conventus ſanctæ Crucis, ubi
„meliorem vitæ partem exegit, re-
„ſcires, fruſtra tamen laboraveris,
„nullo penitus ejus veſtigio vel memo-
„ria ſuperſtite, nec plus opis ac lucis
„adeptus ſis ex ampliſſimo veteri eo-
„rumdem RR. PP. Minoritarum ne-
„rologio a R. Fratre tuo inter Scripto-
„res rerum Auſtriacarum vulgato
„quod dubium non eſt, quin totum
„excuſſeris, præterea ſancti illius (
„Diis placet) fratris minoris, qui vi-
„tam & revelationes Agnetis, ut
„rudi ac ferreo ſtilo in literas retulit
„quod unice doles, nomen excidit
„Nam etſi id in prologo quondam di-
„ſerte legeretur, in eo tamen codice
„quo uſus es, neſcis quo facto aut qu
„manu nunc ita raſum conſpicitur, u
„ne unius literæ veſtigium quavis ad-
„hibita ſagacitate deprehendi poſſit
„Unde igitur opuſculo tuo tam pro-

„ſper

„ſperis avibus detecto vel modicam „auctoritatem conciliabis? quam nec „rerum narratarum gravitas nec ignoti „auctoris nomen eraſum, nec levis „ſaltem rumor, ne dicam fama vicino„rum temporum commendat: Inci„diſti nempe in vetuſtas membranas: „ſed quantum hæ ſine critico judicio „valeant, non ego te, ſed graviſſimus „Theologus, idemque criticus ſuo tem„pore perſpicaciſſimus Melchior Canus, „Dominicanæ familiæ alumnus Cana„rienſis Epiſcopus, & Concilii Triden„tini venerandus aſſeſſor, docebit, „cujus Operum Libri XI. qui de hu„manæ Hiſtoriæ auctoritate inſcribitur, „caput 6. ferme integrum mihi exſcri„bendum eſſet, ſi ea omnia, quæ in „hanc rem luculentiſſime differit, hic „congerere animus eſſet, cum is gra„viſſimis verbis ingenii ſeveritatem „prudentia conjunctam in eligendis „hiſtoricis maxime commendaſſet; hoc „ſane lepidum habet, quod unicum „propriis auctoris verbis hic afferre „libet, reliqua apud auctorem non ſine „fructu & voluptate videbis; verba „Cani ſunt: Nam & ætas noſtra Sa„cerdotem vidit, cui, perſuaſiſſimum „eſſet, nihil omnino eſſe falſum, quod „typis eſſet excuſum. Rides væcor„diam boni Sacerdotis? Quid ſi noſtris

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„ temporibns dicere quis non admo-
„ dum mutatis verbis auderet: Nam
„ & ætas noſtra Monachum vidit, cu
„ perſuaſiſſimum eſſet, nihil omnin
„ eſſe falſum, quod in vetuſtis membra-
„ nis multo pulvere obſitis exaratum
„ inveniret; an de te dictum interpre-
„ tari patienter ferres? diſpeream, 
„ ne cogitare quidem de homine, cu
„ ſana ſint præcordia, poſſis: Sed ais
„ obſtupuiſſe te, dum intellexeras tan
„ tillam opellam adeo ſtudioſe a ſæcu-
„ laribus viris utut piis ac doctis leg
„ quam religioſis hujusmodi rebus a
„ ſuetis in pietatis fomentum deſtin
„ veras. Sed monitum fuiſſe lectore
„ ſtatim in limine de hac mente t
„ oportuit, ut ſæculares homines a l
„ ctione arcerentur, quod tamen (
„ lepida ſunt omnia) difficulter imp
„ traſſes; quo etiam facto pronum er
„ concludere, vel te de monachorum
„ tuorum pietate, vel cordatos omne
„ de vera in Deum & Sanctos religio
„ male ſentire. „

„ *Apologiam Præputii* præterire m
„ luiſſem, quam verbis ludere in
„ tam gravi, multo minus abuti au
„ ſtiſſimo religionis noſtræ Sacram
„ to; ſiquidem de reali corporis Chri
„ præſentia & de partium ejusde
„ corporis diſtinctione in Euchariſt

„ ſum

„ſumma cum reverentia & maxime „circumſpecta verborum ponderatione „loquendum eſt. Modus enim, quo „Corpus & Sanguis Chriſti ſunt in Eu„chariſtia, nullum in rebus creatis „exemplum habet; hinc ſumma cum „prudentia Concilii Tridentini Patres „Seſſ. 13. cap. 1. realem hanc præſen„tiam ſacramentalem definivere exi„ſtendi rationem, & ſi verbis expri„mere vix poſſumus, poſſibilem tamen „eſſe Deo cogitatione per fidem illu„ſtrata aſſequi poſſumus & conſtantiſ„ſime credere debemus; & hic merito „carnalis ſapientia ſtolide fercciens „colla ſubmittit, & humanus intel„lectus in obſequium fidei captivatur, „omnibus inutilibus quæſtionibus di„ſtinctionibusque inſuperhabitis, qua„rum conſectaria & apud imperitum „vulgus & apud homines irreligioſos, „ne dicam apud hæreticos, ludibrio „eſſe poſſunt; ſapientibus enim & inſi„pientibus in hoc etiam debitores quam „maxime ſumus: dic eadem de ad„nexis præputio partibus, & cum vera „dixeris, non erubeſce? hoc ipſum „præputii vocabulum non in vetere „modo ac novo Teſtamento veneramur „omnes Chriſtiani, ſed & in omnibus tam „Patrum quam gravium Eccleſiæ Do„ctorum ſcriptis, & ſi cum Stoicis con-

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„tenderes, nullam eſſe in verbis tur„pitudinem, hoc quoque ſenſu daremus, ſed talem auctoritatem vel „opuſculo tuo vel quam maxime ipſi „narrationi nondum conciliaſti, ut le„gentibus ſine crimine ludibrio potius „quam ædificationi eſſe non poſſit. Nil „dicam de pugnantibus inter ſe de præ„putio Domini revelationibus, quas „qui conciliari conetur, ipſe cum ſana „ratione pugnet, neceſſe eſt. Lege „quæſo Exercitationem 23. doctiſſimi „Serry, quæ eſt de Chriſto circum„ciſo, in qua fuſe expoſitam videbis „geminam quæſtionem: Num exſtet „etiamnum in terris ad publicam fi„delium venerationem Chriſti præpu„tium, ac ubinam? quo in loco pug„nantes inter ſe variorum opiniones „erudite diſcutit, quasdam etiam, ut „merentur, deridet, inter illas tuam „videbis, ac tandem in rem noſtram „prudentiſſime concludit his verbis: „Nihil itaque certi hac de re ſtatui „poteſt: factum bene, quod ab hujus„modi controverſiis Chriſtiana religio „minime pendet.„

„Pudet me & quaſi refugit animus, „ut verum tibi fatear, de *Abbatiſſa* „verba facere; ſi præſertim opuſculum „hoc Pothonis, quatenus a te religio„ſis hujusmodi rebus aſſuetis in pieta-

„tis

„tis fomentum deſtinatum ſpectetur; Sæc. XVIII.
„cum vero caput hoc unicum, quod A. C. 1732.
„eſt 36 tum inter 44. quæ integrum
„opuſculum conficiunt, defendendum
„ſuſceperis, (quamquam multo plura
„ſunt, quæ mihi aliisque omnibus di-
„ſplicent) reliquis neglectis de hoc
„ſolo, ne epiſtola in volumen creſcat,
„tibi mentem meam candide & amice
„paucis aperiam. In tui ergo potiſſi-
„mum defenſionem dicis, hiſtoriam
„hanc in celeberrimis Germaniæ, Ita-
„liæ & Belgii urbibus minimum ſexies
„cuſam typis publicis & recuſam fuiſ-
„ſe, ſine ullius mortalium ſcandalo,
„exſtareque apud Vincentium Bellova-
„cenſem, apud Bagattam & noviſſime
„apud piiſſimum ac doctiſſimum virum
„Michaelem a Sta Catharina, quo-
„rum magnorum virorum præſidio te
„in tuto collocatum eſſe arbitraris:
„Sed falleris, mi Pezi? tantum enim
„in eadem cum illis damnatione es.
„Hanc igitur Hiſtoriam, quam ego fa-
„bulam dico, ut jacet in tuo Pothone,
„in allatorum quoque auctorum ſcriptis
„reperiri tibi, ut par eſt, ampliſſimam
„fidem adhibeo; tales enim libros nec
„habeo nec aperui nec vidi unquam:
„bonas enim horas tam male perdere
„non ſum edoctus; ubicumque igitur
„putida hæc fabula iisdem coloribus

 „picta

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„ picta reperiatur, tanquam abſurd
„ ſanctiſſimæ ac glorioſiſſimæ Virgi
„ Mariæ ſumme injurioſa, & Chriſtia
„ nis auribus indigna, deteſtanda e
„ atque damnata; nam quæ forſita
„ rudibus illis atque infelicibus tene
„ bricoſæ ignorantiæ temporibus ſi
„ ſcandalo mittebantur in vulgus, mi
„ nus apta ſunt noſtris, quibus ſumm
„ Dei miſeratione factum, ut ſuperſt
„ tione, veræ religionis deterrima peſt
„ depulſa, hæc & ſimilia non ampli
„ pietatem, ſed ſtomachum moveant
„ Quam maxime enim intereſt noſtr
„ quam ego & tu Deo miſerante profit
„ mur, Catholicæ religionis, ut ea
„ dem puram a ſimilibus inquiname
„ tis præſtemus; Res enim nobis e
„ cum hæreticis, a quibus hæc & ſi
„ milia ſtudio, quamvis inani conqu
„ runtur, ut abominabile popularib
„ ſuis reddant Catholicæ profeſſionis i
„ ſtitutum: vis exemplum? Habes i
„ Fr. Bartholomæo de Piſis Franciſc
„ næ Familiæ: Edidit hic Sæc. XV
„ incipiente, anno nempe 1510. libru
„ qui poſtea recuſus eſt An. 1513. c
„ titulus: Opus aureæ & inexplicab
„ bonitatis & continentiæ, Conform
„ tatum nempe vitæ B. Franciſci a
„ vitam Domini noſtri Jeſu Chriſti. Pl
„ nus eſt liber ineptiarum, ut modeſt
„ loqua

„loquar, & candide tamen fatear, Sæc.XVIII. A.C. 1732.
„quod verum eſt: Circa tempora Lu-
„theri Eraſmus quidam Alberus pe-
„ſtilentiſſimum libellum emiſit, cui
„præfixit titulum: Alcoranus Fran-
„ciſcanorum, Genevæ poſtea etiam
„Gallice recuſum Anno 1578. cui li-
„bello ineptiæ Fr. Bartholomæi lucu-
„lentam occaſionem dedere, ſed non
„vidit vel videre noluit Alberus, ſe
„quidem impetiiſſe Monachum otio
„ſuo abutentem, non vero religionem
„Catholicam, quæ ſuperſtitionem æque
„ac liberam nimis procacemque novan-
„di licentiam aſpernatur ac damnat. Igi-
„tur, uti ſincere dolendum eſt, talia
„olim invaluiſſe, quæ omnis bonus
„& prudens Catholicus perpetua ob-
„livione ſepulta vellet: ita non multi
„nec exacti judicii eſt, ne quid durius
„dicam, ea in lucem nunc proferre,
„quæ magno religionis & pietatis com-
„modo, & nullo bonarum literarum
„detrimento ſpiſſo in pulvere deli-
„teſcebant.„

„Atque, ut vides, jam ad calcem
„Epiſtolæ tuæ pervenimus, quam-
„quam vero mea ſub manibus præter
„opinionem creverit, claudere tamen
„eandem non poſſum, quia prius ſu-
„pra laudati Melch. Cani graviſſimum
„ſimul luculentiſſimum in hac materia

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„teſtimonium afferam, quo nullum „huic noſtro negotio accommodatius „inveni; de tuo enim Vincentio Bel„lovacenſi (cui ſocium Divum Anto„ninum adjungit) adcurate & pru„denter, mea quidem ſententia vir egre„gie doctus ſuo jam tempore judica„vit, utor autem editione Patavina „quam Clariſſimus vir P. Hiacinthus „Serry, Doctor Sorbonicus & in Pa„tavino Lyceo ſacræ Theologiæ pri„marius Profeſſor, Anno 1714. ador„navit, & vindicationibus auxit: Eo„dem igitur loco ſuperius allegato „poſtquam conſimiles libros, puta illum „qui ſpeculum exemplorum inſcribitur „nec non Hiſtoriam, quæ Legenda „aurea nominatur, gravi & ſevera „cenſura notaſſet; in illo enim mira„culorum monſtra ſæpius quam vera „miracula legas; hanc homo ſcripſit „ferrei oris, plumbei cordis, animi „certe parum ſeveri & prudentis „tactis quoque, modeſte quamvis „Beda & magno Gregorio, illo in An„glorum hiſtoria, hoc in Dialogis „qua de re caput 2. vindicatio„num videre poteris; tandem in rem „noſtram hæc habet: De Vincentio „Bellovacenſi & Divo Antonino libe„rius judico, quorum uterque non tam „dedit operam, ut res veras certasque „de-

Sæc. XVIII, A. C. 1732.

„deſcriberet, quam, ne nihil omnino „præteriret, quod ſcriptum in ſche- „dulis quibuslibet reperiretur, ita ad „hiſtoriam unamquamque exiſtiman- „dam momentoque ſuo ponderandam „non artificum ſtatera, ſed ne popu- „lari quidem trutina uſi ſunt, quam- „obrem boni licet ac minime fallaces „viri, quia tamen nec auctores eos, „a quibus ſuos exſcripſere libros, di- „ligenter examinarunt, nec res juſtis „libratas ponderibus memoriæ prodi- „derunt, apud criticos graves atque „ſeveros auctoritate carent. Hiſtori- „cus autem, qui Theologiæ decreto „probandus erit, nec omnes ſchedas, „lectione etiam indignas, excutiet, „nec anilibus fabulis accommodabit „operam, nec prius lecta auditaque „deſcribet, quam ea prudenti accura- „toque judicio expendat ac ſeligat. „Hucusque Canus. Jam quid ille, ſi „viveret, de tuo Pothone cenſeret, „tu judica? Fabulam certe de Abba- „tiſſa lapſa, dum ea ſcriberet quæ re- „tuli, in ipſo Vinc. Bellov. legerat: „aſſeris enim, in eodem ad verbum „reperiri, & quamvis Potho jam ca- „nis obſitus & ſenex ad ſcribendum „libellum acceſſerit, ut in præfatione „tua conjectaris, valde tamen dubito, „an hæc auctoris de ætate ſua ac pro-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„pria experientia aſſertio ipſum Ca-
„num tranquilliorem ac ſecuriorem
„de fide eorum, quæ refert, redde-
„poſſet, ut te reddit; tam ſunt non
„nulla profecto portentoſa & ſupra f
„dem poſita, cujusmodi ea ſunt qu
„cap. 36. & 40. prolixe denarra
„ut ipſe in præfatione fateris.„

„En tibi tandem, mi Pezi? ſinu
„meum, qua latiſſime patet, apertu
„atque recluſum exhibeo, quo in ſi
„antiquam erga te voluntatem, ſi i
„timius explorare volueris (&,
„velis, etiam rogo) immutatam in
„nies; licuit enim ſemper ſemperq
„licebit, ſalvis ſacroſanctis cordatæ
„micitiæ legibus, ab amico hone
„diſſentire; maluiſſem ſane amica co
„fabulatione in tuum effundere ſin
„meum, vel prudenti ſilentio pre
„re, quæ cogitabam, ſed cum m
„non licuiſſet eſſe tam beato, ut t
„videndi copia facta eſſet, & me p
„terea ad ſcribendum humaniſſima
„piſtola tua multis modis invitaſſ
„ut omnino ſilere (quemadmodum p
„res ſuadebant) inurbanum,
„tergiverſari & verba dare viro in
„nuo prorſus indignum & flagitioſ
„quoque videbatur: Quapropter,
„meam in ſcribendo libertatem æ
„bonique conſulas, eandemque amic
„ſinc

„ ſinceritati potius tribuas, quæ cele- Sæc. XVIII.
„berrimo nomini tuo conſultum velit, A. C. 1732.
„rogo atque obſecro; quem in finem
„ ſi in ea pacata animi tranquillitate
„ es ( eſſe vero & religioſum tuum inſti-
„tutum, & amor literarum, ſuadet)
„qua ſincerum veteris amici conſilium
„admittere ſine offenſione poſſis, hoc
„paucis habe: Nihil humani a te alie-
„num puta; factum dole, & quantum
„potes, oblivioni atque ſilentio com-
„menda; ſin minus, me tamen, ut ſo-
„lebas, amare perge, & ab hac con-
„troverſia, cui vacare nec tempus
„nec voluntas permittit, immunem
„ſerva. Vale, & Clariſſimo Fratri
„tuo, R. P. Hieronymo, plurimam ſa-
„lutem meo nomine impertire. Vale
„ iterum, & ſincere te diligentem ſal-
„ tem ama. „

## §. XXII.

### *Status Religionis Catholicæ in Imperio Sinarum.*

Hoc item anno Catholicæ Religioni in Imperio Sinenſi aura non nihil benignior adſpirare videbatur; novus enim Imperator Yong - Tching ſeu Juntſchius a tormentis & cruciatibus, quibus Viros Apoſtolicos, ceterosque Chriſtiani nominis aſſeclas vario mortis genere

Sæc. XVIII. genere afflixerat, ſibi aliquamdiu tem-
A. C. 1732. perabat, vel quod Catholici cruori
ſatur eſſet, vel quod ſuam immanita-
tem luculento (ut creditum eſt) ſup-
plicio a Divina Nemeſi punitam ſenti-
ret; anno enim priori die trigeſima
Novembris Urbs Peckinenſis tam hor-
rendis terræ motibus contremuit, ut
minus uno momento plusquam ſex-
centæ bis mille domus & ædificia cor-
ruerent, in agris tecta proſternerentur,
& moveri crederentur omnia: Se-
pulti fuere ſub murorum ruinis plus-
quam quingenta incolarum millia.
Horum infauſtam ſortem miſertus Im-
perator periculo quidem defunctos,
omnium tamen rerum inopia preſſos
liberali ſtipendio conſolatus eſt. Miſ-
ſionarios quoque Peckini agentes, quos
antea recuſabat, ad alloquium benigne
admiſit, eisque ad reſtaurandas ſua-
rum Eccleſiarum ruinas mille Tael
erogavit. Paulopoſt ad calamitatis
augmentum acceſſere aquarum eluvio-
nes, quarum violentia, quod terræ
concuſſiones intactum reliquerant, ab-
ſorbebat, adeo, ut fames, morbique
rurſus multa hominum millia depaſce-
rent. Irato demum Numine factum,
ut Principes Imperatori vectigales ab
obedientia deficerent, atque inter eos
præcipue Caldanus Occidentalium
Tar-

Tartarorum Rex excuſſo jugo acerrimum Sinis bellum inferret, in variis pugnis ſemper gravis & inſolens victor; cum enim Sinarum & Tartarorum Orientalium exercitus potiſſimam partem ſtupris infectus, & caſtra ferme tota lue venerea eſſent infecta, facili negotio eos hoſtis grandibus attrivit cladibus, & obvia quæque ſtrage, ſanguine, vaſtatione, flammaque miſcuit. Nec tamen adhuc iterato hoc Dei vindicis flagello obduratus Sinici Pharaonis animus frangebatur; Mandarini enim acerrimi Religionis Catholicæ Oſores, mirisque artibus ad nocendum promptiſſimi, Imperatoris animum alias ad Chriſtianorum perſecutionem propenſum eo ſolertius in Viros Apoſtolicos concitabant, quo magis iniquo animo liberalitatem nuper ipſis impenſam ferrent, Calumniis ergo & mendaciis ac querelis rem aggrediuntur: Imperatori inſinuant, Chriſtianorum culpa accidiſſe, quod pretioſiſſimum juxta ac ſacratiſſimum Confucii Templum lapſo de cælo fulmine in cineres conſederit, eos quoque cum Imperatoris Fratre clandeſtina fovere conſilia, illosque haud obſcure machinari, ut hic, dejecto Imperatore ad Regni ſolium eveheretur: peregrinos igitur omnes promeritis pœnis eſſe caſtigandos,

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

dos, aut potius Regno expellendos, Imperator thronum ſuum firmum e velit. Hic in impia ipſorum vota cile concedit, mandatque, ut qu quot novæ Religionis Sectatores veniri poſſent, vel ad abjurandam dem compellerentur, vel ad carcer tormenta & neces raperentur: ne miſeri, qui eos in fide firmarent, in ſuis calamitatibus ſolarentur, ha rent, Mandarinis Cantonenſibus p cepit, ut Miſſionarios, qui ante de nium Imperio proſcripti Cantone ſtiterant, inde quoque expellerent, Macaum navigare juberent, in Eu pam reducendos. Vix tridui ſpat ad diſceſſum & comportandas res dultum eſt, cauſſa vero inopinati jus mandati allegata, quod Impe ris juſſa transgreſſi, Chriſti Evange Sinarum ritibus inimicum prædica Creditur Imperator ipſe occultis li ad hoc facinus Mandarinos anim ſecus illos non fuiſſe auſos Miſſion adimere, quod Imperator paulo concesſiſſet. Ut ut autem res ſe buerit, id omnino nimis certum quod Mandarini hoc Imperatoris m datum omni exactitudine executi Fruſtra Miſſionarii Cantonenſes di forum Ordinum libellos ſupplices o rebant; fruſtra dilationem peteb

præſtituta die vigeſima Auguſti triginta Viri Apoſtolici a duobus Mandarinis & quatuor triremibus ſtipati Macaum faceſſere jubentur, quibus ibi appulſis eorum famuli & Catholici, qui eos ſequebantur, in terram deſcendere juſſi, & catennis onuſti Cantonem reducti ſunt, omni calamitatum genere vexati: Reliquerant Miſſionarii ad eorum domos & librorum ac Templorum ſupellectilem cuſtodiendam quosdam Chriſtianos, ſed & hi in carceres compacti, ac verberibus excepti, & demum omnes Domus, omnis apparatus, omniumque Templorum ornamenta fæde direpta ſunt. Igitur præter paucos Miſſionarios, qui in Provinciis latebant, ſoli in tam vaſto Regno ſupererant Peckinenſes numero viginti tres, qui Peckini adhuc tolerabantur: In ceteros omnes Chriſtianos atrociſſima per totum Imperium inquiſitio ſæviit, juſſis omnibus fidem ejurare: Succubuere nonnulli tormentorum vi, plerique tamen ex tot Martyrum ſanguine magis ad fidei conſtantiam & generoſam Martyrii cupiditatem accendebantur: ceteros Miſſionarii per Provincias clam diſperſi ac die in naviculis vel aliis latebris deliteſcentes, concubia nocte, ſacro ſolatio reficiebant, atque adminiſtratis Sacramentis ad ſtre-

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

ſtrenuam pro Chriſti Nomine pugna roboraabant: Nec his miſeris defuit pa terna ſummi Pontificis ſollicitudo; hi enim eodem adhuc anno in Indi Orientales & Occidentales, plures V ros Apoſtolicos a S. Congregatione *Propaganda* ſelectos ablegabat, ſpe co cepta, fore, ut mutata temporis v ciſſitudine eorum nonnulli in Sinaru Imperium opportune penetrare poſſen

Eodem Religionis fervore anim tus Joannes V. Luſitaniæ Rex, Vir Apoſtolico Zelo animatos, atque vari artibus imbutos ablegabat, qui feroc Braſilianæ Regioni finitimos popul ſenſim ex inveterata, ac immani ba barie ſua ad humanitatem, manſu tudinemque traducerent, eosque fidei Catholicæ cognitione ac præcep informarent. Ex his magis inhuma ac ceteris ferocitate præſtantiores era Toupinamboſii, Maringæ, & Ou caſi, qui paſſim homines trucida eorum carnibus veſcuntur, & nec u lius Religionis ſcintillam habent, pr terquam quod Diabolum adorent: Lborioſa non minus, quam pericul erat ſacra ad has gentes expeditio, i tamen peroptata Evangelicæ me ſpes, & Martyrium pro Chriſto ſu eundi cupiditas, ſolis Catholicæ Rel gionis Miſſionariis propria, omnibu

hiſce

hiſce obſtaculis adeo longe ſuperior erat, ut benedicente Domino Luſitani non paucos ex denſiſſimis idololatriæ tenebris ad veram fidei lucem pertraherent, & agreſtria eorum ingenia præcipue lenitatis Chriſtianæ præceptis ad cultiores mores manſuefacerent. Sæc. XVIII. A. C. 1732.

## §. XXIII.

### *Duo Præſules Romana Purpura decorati.*

Sub idem ferme tempus Franciſcus Antonius Cardinalis Finius, qui cum aliis de Romana Republica ſub Benedicto XIII. Papa male adminiſtrata inſimulabatur, centum quinquaginta aureorum millibus ærario redditis, præter omnium exſpectationem omnibus ſuis dignitabitus, proventibus, & bonis ex integro reſtitutus eſt: quocirca die octava Octobris ad perbenignum Pontificis alloquium admiſſus, ſequenti die ab omnibus Purpuratis honorifica ſalutatione decoratus eſt. Interfuit jam antea die prima Octobris habito ſecreto, ut vocant *Conſiſtorio*, in quo Clemens Papa, poſtquam gravi infirmitate defunctus erat, duos Prælatos generis nobilitate, & meritorum præſtantia claros Cardinalium Collegio adſcripſit. Horum primus erat Tro-

Sæc. XVIII. janus de Aquaviva de Aragonia, Ne-
A. C. 1732. politanus, Archiepiſcopus Lariſſæu
Sacri Palatii Apoſtolici Præfectus, Ca
dinalis Presbyter tit. S. Cæciliæ. Al
vocabatur Agapitus Moſca, patria P
ſaurienſis, Cameræ Apoſtolicæ Cleric
Diaconus Cardinalis tit. S. Georgii
Velum aureum. Horum prior, cu
ad Hiſpani Regis preces Purpuram
tinuiſſet, hujusque Regni negoti
procurandi ſpem haberet, Hiſpana
ſignia ante Palatii ſui fores append
quo facto Cardinalis Cienfuegos C
ſaris Orator petebat, ut ipſe, ut
patria Neapolitanus pariter Imper
ris inſignia affigeret, quod ta
Aquaviva recuſabat, progreſſu au
temporis adimplevit.

## §. XXIV.

### *Proſper Mareſoſchius Cardinal mortuus.*

Tres ex Purpuratis hoc anno ace
mors Sacro Collegio eripuit,
quibus primus erat Proſper Mar
ſchius ex nobiliſſimo Maceraten
genere ortus. Patrem habuit Ca
lum, & Matrem Sperantiam Guar
Nobilem Auximanam, quæ dign
mum Paternarum virtutum hæred
Proſperum genuit die vigeſima no
Septe

Septembris anno prioris ſæculi quinquageſimo tertio. Ab his liberaliter educatus poſito primo literarum tyrocinnio in Firmana Academia ſacratioribus diſciplinis tam egregio profectu operam navabat, ut jurisprudentiæ lauream conſecutus, Romæ inter celebriores Cauſſidicos numeraretur. Eo tempore Innocentius XII. Papa Viros in legali diſciplina longe peritiſſimos ad Tribunal *Signaturæ Juſtitiæ* admovere decreverat; nec difficilis eorum erat ſelectus; cum enim Proſper inter ceteros emineret, ab eodem Papa Romanæ Curiæ Præſulibus, & præfato Tribunali adſcriptus eſt, paulopoſt Eminentiſſimi Cardinalis Spinulæ Auditor nominatus. Evecto demum ad D. Petri Cathedram Clemente XI. S. Congregationibus de bono Regimine & Immunitate Eccleſiaſtica a Secretis eſſe juſſus, Papæ Auditorem egit. Titulo ornatus Archiepiſcopi Cyrenenſis, in aliis Congregationibus ſuum ſuffragium tulit in omnibus hiſce officiis tantam ſibi laudis ſamam comparabat, ut ab Innocentio XIII. Cæſareæ Archiepiſcopus & a Benedicto XIII. Cardinalis Presbyter ac Papæ Vicarius Generalis renuntiaretur: Ejus opera & conſilio in negotiis maxime arduis ac moleſtis utebantur Pontifices, inſuper

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

Hiſpanam Aulam cum Pontificia re-
conciliandi cura, necnon Alberoni
Cardinali quadriennalem cuſtodiam de-
nuntiandi onus, atque emergentes in
Urbe lites componendi negotium ei-
dem ſæpius demandatum eſt. Inter-
fuit quoque anno hujus ſæculi trigeſi-
mo S. Comitiis, in quibus Cardinalium
non pauci ſua in eum ſuffragia contu-
lerant: aſt dignitatem, quam ejus me-
rita & præclaræ animi dotes depoſce-
bant, prope acta jam ætas, decurſa-
que acceptare recuſabat: Tum enim
jam ſeptuageſimum ſeptimum vitæ
ſuæ annum expleverat, & ad extre-
mos dierum terminos conſiſtere vide-
batur: Supervixerat tamen adhuc vi-
non integro biennio, crebris tamen
conflictatus morbis, quorum etiam vio-
lentiæ ſuccumbens, Romæ die vigeſi-
ma quarta Februarii vivere deſiit, an-
no ætatis ſuæ ſeptuageſimo nono: Se-
pultus eſt ſine omni pompa funebri in
Eccleſia S. Mariæ Lauretanæ. Cete-
rum Vir erat morum integritate, & ani-
mi candore conſpicuus, æqui, recti-
que ſtudioſus, ac nulli parti addictus

## §. XXV.

### *Emerici Czacky Cardinalis obitus.*

Alter

Saec. XVIII. A. C. 1732.

Alter erat Emericus Czackyus ex vetuſtiſſima, & illuſtriſſima totius Hungarici Regni Familia ortus. Primam lucem aſpexit Cſepuſii in feudo gentilitio die vigeſima octava Octobris anno ab Incarnatione Dominica ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſecundo ſupra milleſimum. Clariſſimum omnino habuit Patrem Stephanum Comitem Cſepuſii ſupremum Curiæ Hungaricæ Judicem, plurium Dinaſtiarum Dominum, Matrem vero Claram Melith eximiæ Nobilitatis Fœminam. Ætatem teneram Emericus in literarum Studiis indefeſſa diligentia Caſſoviæ exercuit, inde vero Viennam profectus, in Collegio Pazmanniano Philoſophicis diſciplinis ſtrenue incubuit, periculum etiam publicum in arena literaria fecit, haud ſegniter ſuſcepta dimicatione Philoſophica ſub auſpiciis Leopoldi Imperatoris, cui teſſeras nuncupavit. Jam tum ad ſumma quæque elucebat Emerici adoleſcentis indoles, & quamvis utpote natu major in ſpem univerſæ Familiæ, ac hæreditatis paternæ exceſceret, generoſo tamen animo, quod Cæſaris favor, generis nobilitas, & opum affluentia ampliſſimum obtulerat, contempſit, ac ſeſe totum ſacræ militiæ in Eccleſiæ obſequium dicare ſtatuit. Eo fine Romam contendit, in Collegio

Sæc. XVIII
A. C. 1732.

Hungarico ad S. Apollinarem receptus, ubi etiam rebus Theologicis adeo ſedulam navabat operam, ut magna ingenii ſui commendatione ceteros antecelleret, ſuasque Theſes Innocentio XII. conſecratas publice defenderet, laurea Doctorali decoratus. His ornamentis excultus magnum Eccleſiæ Religioni, Reique publicæ columen parabatur: quippe in Patriam reduxſ enituit, ut honore feſtinato Caſſovienſis Parochus, Agrienſis & Jaurinenſis Canonicus, Abbas B. V. de curru miraculoſo in Varadinenſi Diæceſi, demum Abbas ad S. Petrum Topolſchaviæ renuntiaretur. Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo ſeptimo præ ceteris ſeligebatur, ut prodigiis claram imaginem B. Virginis Pozienſis ob Turcici incurſus metum Caſovia Viennam transferret, in ſaeri laboris præmium Noviani Epiſcopi titulo auctus. Demum vero ſub annum hujus ſæculi quintum Epiſcopus Varadienſis electus, Hungarici Regni Conſiliarius & paulopoſt nominatus Leopoldo Imperatore Poſſonienſis Collegiatæ Eccleſiæ Præpoſitus renuntiabatur. Decimo poſt anno a Joſepho Cæſare ad Archiepiſcopalem Sedem Colocenſem evocatus a Carolo VI. ſanctiori conſilio admovebatur. Ita nempe

tres

tres ex Auguſtiſſima Domo Auſtriaca Imperatores in remunerandis tanti Viri meritis certare videbantur: nec viciſſim Emericus acceptis favoribus reſpondere, & ampliora promereri deſtitit: quippe qua Regius Adminiſter in arduis quibusvis cauſſis Hungarici Regni neceſſitates ſpectantibus Vir integerrimus conſilio & ope ſemper adfuit, qua Archiepiſcopus Religionem Catholicam ſummo animi ardore, quem tamen pietas & prudentia moderabatur, coluit & propagavit, præſertim calamitoſo illo tempore, quo Regnum, ejusque Eccleſia a rebellibus & hæreticis fœde devaſtabatur; Hos igitur a fide Romani Pontificis & a fide Cæſaris deficientes imperterrito pectore increpavit, damnavit, inſectatus eſt: Exulaſſet penitus ex Urbe Dabrecina Religio Catholica, niſi Emerici vigilantia, auctoritas atque induſtria ſtabilem eidem Sedem fixiſſet; cum enim Helveticæ Confeſſionis Sectarii adeo a Romano - Catholica Fide abhorrerent, ut neminem in ſuum Civem adſciſcerent, niſi Calvini errores palam profiteretur, Cſakius, ut peſtis progreſſum ſiſteret, Templum ex reditibus ſuis a Fundamentis erexit, illudque curæ Clericorum Regularium, qui a Scholis piis nomen habent, cum jure

Sæc. XVIII. A. C. 1732.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

Parochiali demandavit, ſelectu pla
non pœnitendo; quippe indefeſſi
Dominicæ Vineæ Operarii prædicand
docendo, hortando Religionis Cath
licæ ſanctimoniam tam efficaciter com
mendabant, ut fide nutantes firm
rent, devios reducerent, quamplu
mos a ſeductione præmunirent, &
dem in Urbe ſecuriorem redderen
Evangelici laboris fructum adhuc ube
riorem fecit pia Emerici liberalitas
qua quatuor novas Eccleſias in ſu
Diæceſi ex integro ædificavit, iiſq
Parochos Religionis Zelo & moru
integritate ſpectatiſſimos præfecit. C
nobitas quoque S. Pauli primi Eremi
& PP. Capuccinos Varadinum invex
Nobiles denique Hungaros, præcip
illos, qui ejuratis erroribus ad ſinu
Eccleſiæ reverſi ſunt, benigne fovi
eisque de vita honeſte ſuſtentanda lo
giter providit. Nil tamen ad Rel
gionis & diſciplinæ reſtaurationem e
efficacius, quam ipſum digniſſimi hu
jus Præſulis exemplum: ipſus eni
gregem ſibi commiſſum crebris ſerm
nibus edocuit, præceptis Catholi
imbuit, morientibus Sacramenta a
miniſtravit, pauperes liberali man
adjuvit, Sacra ferme quotidie, quam
vis ſæpe non ſine vitæ periculo, Ro
mano more peregit, Varadini Eccle
ſiam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſiam majorem, & Seminarium pene a fundamentis erexit, ejusque diligentia nihil reliquum fecit, quod ad promovendum Dei Cultum, & propagandam fidem Catholicam conferret. Tot meritorum fama excitatus Clemens XI. Papa egregium hunc ſacræ Religionis in Hungaria Aſſertorem ad impenſas Caroli VI. Imperatoris preces Cardinalium Collegio adſcripſit, ut Hungariæ triumphis honorem Purpuræ Hungaro delatæ ſuperadderet: Hanc cauſſam ipſe Pontifex expreſſerat, dum in ſecreto, ut ajunt, *Conſiſtorio* Purpuratos his verbis alloquebatur.

Sæc. XVIII. A.C. 1732.

*Venerabiles Fratres!*

„Ut Hungaricis victoriis plenior „hac die lætitiæ cumulus addatur, ad „gloriam Omnipotentis Dei, ſanctæ„que Romanæ Eccleſiæ Utilitatem ac „decus palam hodie evulgare ac de„clarare intendimus illum Cardinalem, „quem in Conſiſtorio Secreto die 12. „præteriti Menſis Jul. habito creavi„mus, & in pectore reſervavimus, „videlicet Venerabilem Fratrem Eme„ricum Cſacki Archiepiſcopum Colo„cenſem; congruum enim ac valde „opportunum exiſtimamus, hoc tem„pore Hungaricum præſulem, non

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

„tam generis claritate quam virtutib
„præſtantem, ampliſſimo Ordini Veſt
„adſcribere, ut tam ipſe, quam a
„illius Apoſtolici Regni Epiſcopi a
„agrum ſibi creditum excolendu
„nunc maxime alacriores reddantu
„cum Meſſis amplior majorem oper
„riorum ſedulitatem exquirit: ipſu
„que Regnum ſpeciali quodam ju
„huic ſanctæ Sedi addictum, quip
„quod ei jam dudum a S. Stepha
„Rege oblatum fuerat, novo hoc
„præclaro Pontificiæ largitatis arg
„mento lætari valeat.„

Anno ſequenti rubrum Biretum
Abbate Joanne Maſſeio allatum i
Imperator ſacrato vertici in Cæſar
Sacello conſueta pompa impoſuit. E
ricus vero adeo pereleganti orati
grates rependit, ut ſimul ſe Religi
usque ad ſanguinis profuſionem, ſim
que Auſtriacæ Domui usque ad ext
mum vitæ halitum fore addictiſſim
teſtaretur. Interfuit Romæ S. Co
tiis, in quibus Innocentius XIII. D. P
folium conſcendit, inde in Hungar
reverſus, ſolemnem Regni Hunga
Conventum acceſſit, tantumque
effecit, ut ſanctio Pragmatica in Re
per publicum decretum approbare
Anno autem hujus ſæculi vigeſi
tertio variis Regni Hungarici dign
tib

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tibus auctus, in Abbatem S. Gotthardi nominabatur. Mortuo Innocentio XIII. rurſus Romam petere parabat, vix autem Bononiam venerat, cum jam Benedictum XIII. ad ſummi Pontificatus apicem evectum comperiret, quocirca illico in patriam reverſus, per ſex annos a religione, prudentia & Zelo commendatiſſimus Diæceſin ſuam rexit, nec a grege ſuo Paſtor fidelis unquam receſſit, niſi poſt Benedicti P. obitum, dum ad S. Comitia Romam redire a S. Cardinalium Collegio rogabatur, ubi, quantumvis a Carolo VI. Imperatore non niſi ægerrime dimiſſus, ſuum tamen ſuffragium ad electionem Clementis XIII. contulit. Inde redux, biennio poſt gravi morbo correptus, prope Varadinum Scalkæ in caſtello a ſe conſtructo die vigeſima octava Auguſti, ſanctiſſime, uti vixerat, ſexagenarius obiit, non ſine maximo omnium luctu, & majore adhuc Patriæ, ac orthodoxæ fidei jactura. Sepultus eſt Dabrecini in Eccleſia S. Annæ Clericorum Regularium Scholarum Piarum olim a ſe ædificata.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

## §. XXVI.

### *Cornelii Bentivoli Cardinalis deceſſus.*

Poſtre-

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

Poſtremus ex Cardinalibus hoc an
defunctis erat Cornelius Bentivol
patria Ferrarienſis, qui ex illuſtriſſi
Bentivolorum gente ortus die vigeſi
ſeptima Maij anno poſt Chriſtum n
tum ſexcenteſimo ſexageſimo octa
ſupra milleſimum fauſto ſydere in l
cem editus eſt. Clariſſimos hab
Parentes Marchionem Hypolytum,
Lucretiam Pio de Sabaudia. Horu
inſtitutione morum innocentiam & vi
tutis amorem, pietatemque alte co
bibit: naturæ autem beneficio ei co
tigit ingenium ſagax, ſtrenuum & ind
ſtrium. incredibilis memoriæ felicit
raraque in aggrediendis exequend
que negotiis dexteritas. Optimis
pueritia uſus eſt Inſtitutoribus, q
rum ſolertia in Philoſophicis & Th
logicis diſciplinis plurimum profecer
Juriſprudentiæ etiam in patria oper
dedit, & maxima quæque de ſe, c
etiam ſpecialis probitas accederet, p
licitus eſt. His ergo dotibus locup
tatus, ad publica quoque munera i
neus ac maturus credebatur: Ea g
tia Romam miſſus, a Clemente
Papa inter Præſules Romanos coopt
meruit. Verum dignitas a labore ſ
gregata nec animi magnitudinem, ne
ingenii ſui ubertatem explere, neç ſu
Eccleſiæ obſequia dicandi deſideriu

ſatian

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A.C. 1732.

ſatiare poterat, quocirca Conſultoris officium in arduo Rotæ Romanæ tribunali ambitione laudabili diu petierat; præventus tamen a ſuo Concive Hieronymo Criſpio, Cameræ Apoſtolicæ Clericus & militiæ Pontificiæ Præſes nominabatur. Utrumque hoc munus lubens obivit, nedum quia utilius, ſed quia ad altiora proin & magis ardua aptius videretur. His igitur Magiſtratibus per plures annos ſtrenue defunctus, tandem Apoſtolicus ad Gallos Nuntius decernitur, titulo Archiepiſcopi Carthaginenſis decoratus. Tum vero ingens erat negotiorum moles prudentiſſimo Viro ſuperanda; inciderat enim in turbulenta illa tempora, ubi Quesnelli Sectatores (nam ſubtiliter errare, & ſcite fallere didicerant) omnis ferme Ordinis potentum patrocinia invenerant. Nec tamen horum pertinacia virili Nuntii pectore ſuperior erat; quippe Conſtitutionem *Unigenitus* in Francia promulgare juſſus. Noaillio Cardinali, ceteriſque Epiſcopis ei adhærentibus denuntiabat. hanc Conſtitutionem ſine ulla limitatione, declaratione. aut interpretatione ceu fidei Regulam eſſe acceptandam; reclamantibus tamen hiſce Præſulibus, Bentivolus Regem acceſſit, eique expoſuit, præſentes

Regni

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Regni turbas haud citius, quam pro pto obſequio extingui poſſe, victori in celeritate ſitam eſſe, lolium rad tus eruendum, priusquam firmas a ret radices: rem hanc non ejus naturæ, ut cunctando reſtitui poſ præſentem morbum propera Me ope, ne porro ingraveſceret, ege nilque conſultius fore, niſi ut pertinaces Epiſcopos Romam ci permitteret. Attamen hoc ejus pr bus haud datum eſt, utpote Gallic Eccleſiæ libertatibus, Conciliorum nonibus, & Regni legibus adverſ Tali rerum ſtatu obiit Ludovicus Galliarum Rex, quo ſolo, quæ ad ſpes ſupererat, nitebatur: Prin enim Aurelianenſis, tum ſumma rum potitus, primo inhibuit, ne tius cum Epiſcopis Conſtitutionem ceptantibus in ſuo Palatio confer poſtea haud obſcure Bentivolo ind vit, ſuum e Francia diſceſſum G haud moleſtum fore, præcipue ſi a ſubrogaretur, qui in præſenti re viciſſitudine minorem ardorem, joremque moderationem exhibe Ab eo tempore alia ex alia accrev Bentivolo moleſtia, donec tandem ſummo Pontifice anno hujus ſæculi cimo nono Romam revocaretur, rogato in ejus locum Maſſeio Præla

Nec tamen exantlatis tot laboribus ſuum deerat præmium; eodem enim adhuc anno die vigeſima nona Novembris Purpuræ honorem a Clemente XI. conſecutus eſt, eoquod (verba ſunt ejusdem Pontificis) *non ſine diuturnis laboribus, anguſtiis plurimis, rerumque ac temporum aſperitatibus maximis ſumma fide, ſummaque diligentia ſuam Nuntiaturam explevisſet.* Credebatur tamen nimio ardore tutatum eſſe Pontificiam auctoritatem, ac intempeſtivo nimis Zelo res in Galliis ſat perturbatas magis exaſperaſſe. Utut de hoc ſit, extra dubium tamen eſt, quod hujus Nuntii officia plures per annos Regi exſtiterint gratiſſima, ac ipſe ſingulari ſua prudentia graviſſimam litem compoſuerit, quæ inter Rupellenſem Epiſcopum, qui cum vicinis Epiſcopis de finibus, & reditibus contendebat, tum temporis enaſcebatur. Tandem Romam delatus, in pluribus Patrum Cœtibus ſuum tulit ſuffragium, ac Æmiliæ Legatus a Latere dictus hanc Provinciam ſexennio ſumma cum laude adminiſtravit: expleto autem hoc tempore ſub Pontificatu Benedicti XIII. Regnorum Hiſpaniæ renuntiatus eſt in Urbe Adminiſter, cujus fidelitatem Rex remuneraturus, Ludovicum Marchionem de Bentivoglo Patruum ejus Hiſpa- Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Hiſpa-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Hiſpaniæ, ut vocant, *Grandibus* acce-
ſuit, eumque ſelegit, ut Caroli Hiſpa-
Infantis nomine omnia Farneſianæ Do-
mus bona ſolemni poſſeſſione eide-
aſſereret: Omnibus denique hiſce fa-
voribus, conſueto humanæ felicita-
vitio, mortis invidia finem impoſuit
quippe Bentivolus die vigeſima octa-
Decembris eo demum redactus eſt i-
firmitatis, ut fatiſcente toto corpo-
intra varia ſymptomata lanqueſcere
demum vero ad ingrediendum æter-
tatis iter ſacro Viatico & ſacro ole-
ad luctam ultimam munitus, die trig-
ſima ejusdem Menſis animam exhal-
ret, annos natus ſexaginta quinqu-
Corpus ejus ex Regio Hiſpaniarum P-
latio ad Eccleſiam ejus Titularem S. C-
ciliæ translatum eſt, ibidem juſtis
more perſolutis tumulatus. Erat i-
omni ſcientiarum genere verſatiſſimu-
ac ingenio a teneris ſic comparatu-
ut unas in delitiis haberet literas,
eruditorum conſortio unice acquieſc-
ret. Delectabatur mirifice Poeſia It-
lica; varia etiam carmina, quæ ha-
invita Minerva concinnaverat, in M-
ratorii *perfecta Poeſia Italiana*, nec-
in collectione ſelectorum poemat-
Venetis literis excuſa proſtant, libr-
etiam duodecim Thebaidos Poetæ P-
pinii Statii ex latinis in Italos verſ-
per-

pereleganter tranſtulit, eosque Romæ Anno 1729 ſub mutuato nomine *Selvagii Purpura* typis edidit. Denique præter plurimas lucubrationes prælo digniſſimas Faventiæ publicam lucem aſpexit nitidiſſima Bentivoli oratio, quam apud Ravennates de Rancona & Montona fluviis habuit.

Sæc.XVIII.
A.C. 1732.

## §. XXVII.

## *Diverſæ Clementis XII. Conſtitutiones & decreta.*

Inter alias, quas Clemens Papa hoc anno edidit, celebris eſt Conſtitutio, qua die ſeptima Februarii ad preces Præſidis Generalis, totiusque Congregationis Caſſinenſis Ord. S. Benedicti antiquum cultum in Monaſterio Sacri ſpecus prope Sublacum reſtituit. Refert igitur Pontifex, quod S. P. Benedictus in aſpero Monte ſub præcipiti rupe in quodam ſpecu prope Sublacum plures annos delituerit, ibidemque prima Ordinis ſui fundamenta jecerit: Eapropter ſtatim poſt ſancti Patris obitum hic locus a Chriſtifidelibus in magna veneratione habitus, & monaſterium ſub titulo S. Specus erectum fuerit, & duodecim Monachi ex præfato Ordine in Sacro hoc loco Deo fideliter inſervierint. Hoc tamen monaſterium ob

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

bella, aliasque calamitates penitus
verſum ſæpius poſtea reſtauratum,
denuo dirutum, tandem ab Abb
Romano ſub annum Chriſti milleſim
ducenteſimum recens exſtructum f
rit, in eoque Prior cum ſuis Monac
ita habitaverit, ut eis Monachi C
ventus vicini S. Scholaſticæ alime
ſubminiſtrarent: Quoniam vero p
greſſu temporis duodecim hi Mon
haud ultra ali potuerint, Landus
bas pro ſex Monachis varias affign
poſſeſſiones, Anno autem 1320. Ab
Bartholomæus ob auctum fidelium
curſum rurſus in præfatum Mon
rium duodecim Monachos, & d
Oblatos induxerit, annuosque Mo
ſterii redditus auxerit, & Abbas
naſterii S. Scholaſticæ expenſas p
& vini tam Monachis, quam Hoſp
bus dietim ſuppeditare juſſus fu
Increbreſcente autem Monachor
qui ſacrum locum inhabitare certab
fervore Franciſcus Abbas Anno 13
in locis vicinis quasdam ædes ad
ſtar Eremorum conſtruxerit, ibi
viginti Monachi auſteriorem viv
rationem amplexati fuerint. Poſtq
vero hoc Monaſterium in comm
dam datum fuit, decreſcente ferv
Conventus pene deſertus jacuerit,
uno vel altero duntaxat Monacho
hab

habitatus, donec Clemens Papa XI. Sacrum Specum viſitantibus plenariam indulgentiam, & Monachis peregrinantes ab omnibus cenſuris & peccatis etiam reſervatis ſolvendi facultatem dediſſet, inde factum, ut populi devotione & concurſu indies creſcente Abbas Monaſterii S. Scholaſticæ faciliorem ad Specum viam aperiret. Cum autem quondam Ægidius Columna ex eodem Ordine Patriarcha Jeroſolymitanus octo Scutorum millia præfato Monaſterio ea lege dediſſet, ut ſex ibi Monachi alerentur, hoc autem donum effectu caruerit, Nicolaus Maria Tedeſchius ex Monacho Caſſinenſi Archiepiſcopus Apamenus ſub eadem conditione quatuordecim Scutorum millia eidem Monaſterio applicarit, & alii alias inſignes donationes fecerint. Eapropter Pontifex præcepit, ut in perpetuum octo Monachi, & duo Converſi ſub uno Priore ex his redditibus alerentur, Abbati S. Scholaſticæ ſubeſſent, Monachis tamen viatica dare non tenerentur, ægroti vel in ſuo vel in Monaſterio S. Scholaſticæ curari poſſent, fidelium illuc confluentium confeſſiones exciperent, quotidie choro intereſſent, certasque preces in Sacro ſpecu perſolverent, &c. Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Præter hanc Conſtitutionem Pontifex per aliam die duodecima ejusdem



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

Menſes revocavit varia privilegia r
vivæ vocis oraculo, vel reſcriptis co
ceſſa, niſi per literas Apoſtolicas a C
dinalium Congregationibus, aut R
manæ Curiæ Prælatis edita, & R
manis Pontificibus approbata ſint, ſal
tamen & firma eſſe voluit ea, quæ
Officio Pænitentiariæ Apoſtolicæ qua
docunque conceſſa fuerint, ſeu em
narint. Revocabantur autem hæc u
pote præfatis conditionibus deſtitu
I. Audiendi Confeſſiones ſine fac
tate Epiſcopi & Superiorum, aut e
gendi Confeſſarium ab eis non app
batum. II. Abſolvendi a caſibus Bul
Cænæ, aut Papæ & Ordinario vel Sup
riori Regulari reſervatis. III. Eximen
aut abſolvendi ab obligatione den
tiandi. IV. Utendi quibuscunque
cultatibus reſervatis, licet pœnite
tiariis eſſent conceſſæ. V. Relaxan
juramenta quælibet, etſi non agatu
præjudicio tertii. VI. Diſpenſandi
irregularitate, vel impedimento M
trimonii dirimente, quamvis occul
VII. Convalidandi titulos Benefic
rum. VIII. Celebrandi Miſſam in A
tari Portatili. IX. Absque legiti
cauſſa non recitandi horas Canonic
aut illas commutandi. X, Utendi e
jusmodi indultis, quæ votum Paupe
tatis, Regularem obſervantiam, Apo
ſtolicæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtolicas Conſtitutiones, vel Ordinis ſtatuta infringunt. XI. Loquendi cum Monialibus ſine Superiorum licentia. Præterea idem Pontifex die trigeſima Martii plures literas in favorem quorumdam Regularium, & Mendicantium a Benedicto XIII. conceſſas moderatus eſt, easque ad terminos juris Communis, Concilii Tridentini, & Conſtitutionum Apoſtolicarum reduxit.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Die autem vigeſima nona Februarii indixit Jubilæum pro Chriſti fidelibus Romæ, Italiæ & Inſularum, ſi Dei opem in præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus imploraverint: easdem quoque indulgentias, ſicut in anno Jubilæi extendit ad Hiberniæ incolas, dummodo Deum pro ſpiritualibus hujus Regni neceſſitatibus deprecati fuerint. Die vero trigeſima prima Martii confirmavit Regulas Monachorum Montis Libani, Syrorum, & Maronitarum Ordinis S. Antonii Abbatis. Item Congregationem Sacræ Familiæ Jeſu Presbyterorum Sæcularium fundatam Neapoli ad inſtitutionem Juvenum Sinenſium & Indorum, uti jam ſupra meminimus. Confirmavit etiam Pontifex die vigeſima Maij decretum, quo ab Abbate Mexicano S. Petri ſtatutum, ne in eorum Collegium, Hoſpitale, Domus & habitationes mulieribus pa-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

teat acceſſus. Præterea die qui Julii Romæ Pontifex erexit Congre tionem ſub titulo perpetuæ Adora nis SS. Sacramenti in Eccleſia Co giata S. Mariæ ad Martyres: nona tem ejusdem Menſis die eandem C gregationem in Archiconfraternita evexit. Die autem trigeſima pri Julii ſtatuit, ne Carthuſiani incon tis ſuis Superioribus gratias aut offic Sede Apoſtolica poſſint impetrare.

Ejusdem quoque anni die qui Octobris Conſtitutione a triginta ſep Cardinalibus ſubſcripta pro bona rectione Conclavis ac rerum Sede cante agendarum varia edidit ſta Denique die decima tertia Septem ad preces Procuratorum General Congregationis Hiſpanæ ac Italæ dinis Carmelitarum Excalceato conceſſit, ut die decima tertia J Feſtum translationis S. There cum illius Officio & propriis Lecti bus ac oratione quotannis celeb queat. Denique die trigeſima Au Clemens Papa per decretum S gregationis Concilii efficax plane quit monumentum, quod ſane Epiſc commonet, quanta circumſpectio prudentia, cautela, ac moderati in ferendis latæ ſententiæ cenſuris deberent, ne ſecus ſua decreta reſ

ma

mare aut etiam prorſus delere cogantur. Sæc. XVIII.
Quæ autem hujus decreti occaſio fuerit, A. C. 1732.
paucis referam. Jam anno hujus ſæculi vigeſimo octavo Larinenſis Epiſcopus Diæceſanam habuit Synodum, in qua ſeveras admodum ſanctiones adverſus Clericos edidit. Hi autem contra illas ad Benedictum XIII. Papam propoſitis ſuis rationibus provocarunt, a quo tamen non modo auditi non fuerunt, ſed etiam rejecta appellatione, eas Conſtitutiones Diæceſanas ad unguem ſervare juſſi. Attamen hoc Pontifice e vivis erepto Larinenſes Clerici cauſſam ſuam proſequebantur apud Clementem XII. Benedicti Succeſſorem, qui Clericis facultatem dedit, ut ſua jura ad S. Concilii Congregationem deducerent. Hæc ergo re maturius diſcuſſa deprehendit, in prima ex Synodicis hiſce ſtatutis a Clero impugnatis fuiſſe ſancitum, ut omnes nullo diſcrimine facto, Eccleſiaſtici intereſſe tenerentur Congregationi, quæ de quæſtionibus ad forum conſcientiæ ſpectantibus haberi conſueviſſent. Alia etiam conſtitutione Sacerdotibus fuiſſe injunctum, ut quotiescumque præfatæ Congregationi non intereſſent, ſequenti die abſtinerent a celebratione Miſſæ. His igitur ſerio ponderatis prædicta S. Congregatio decidit, primo Synodi



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

decreto non obſtringi Clericos nondu Sacris initiatos, in altero autem lendam eſſe ſuſpenſionis pœnam.

## §. XXVIII.

### *Principes atque Illuſtres hoc ann mortui.*

Fluxerat hic annus multis Princi bus exitialis ac poſtremus: Ex i primus erat Victor II. Amadeus S diniæ Rex, ac Sabaudiæ Dux, qu arce Rivolio adhuc captivus om ſua, quibus ſolium repetere moliebat conſilia everti vehementer indoluit, propterea vel vitæ tædio vel gravi nio preſſus, variis morbis conflictat tur: cumque vitæ ſuæ terminum ſim appropinquare ſentiret, cum Em nuele Filio ſuo reconciliari ſtudu ſuæque ultimæ voluntatis tabulas h tenore conſcripſit: „Fili mi Rex, „linquo tibi Sardiniæ Regnum cu „omnibus Italiæ regionibus ac Provi „ciis. Præprimis vero conſulo, uti „Te & Hiſpaniæ ac Franciæ Re „amicitiæ fœdus ſanguinis vinculo „matum omni, quo potes, modo c „ſervare, dataque occaſione ſincer „tuum erga ipſos ſtudium teſtari „neris: Circa contentiones, quæ cu „Romana Sede verſantur, ut eas t

„ſer

„lere ſtudeas, ſuadeo, dummodo tuæ „in Eccleſiaſticas res poteſtati, ac ſu- „premi Principis juribus nihil inde de- „rogetur. Nec abs re erit, ſi ſeniorum „Aula Miniſtrorum, utpote qui circa „totum Regni ſtatum optime verſati ſunt, „ſana conſilia non contempſeris. De- „nique rogo, ut Conjugi meæ, ubi- „cunque voluerit, morandi libertatem „concedere velis. Hæc ſunt, quæ Tibi „præcipue commendo, ſpe fretus, Te „ea, tanquam poſtrema morituri Pa- „rentis verba, cordi tuo alte impreſ- „ſurum." Confectis hiſce tabulis, Rex ſacro Viatico munitus, die trige- ſima Octobris expleto ſexageſimo ſepti- mo ætatis ſuæ anno rebus humanis valedixit. Princeps erat absque om- ni controverſia in politicis verſatiſſi- mus, animo generoſus, prudens, fu- turorum providus, in proſperis mode- ratus, in adverſis conſtans, & in ar- duis fortis, ac longe ſagaciſſimus. Hunc pari fato præceſſerat Theodorus Co- mes Palatinus Soliſbacenſis, qui Pa- trem habuit Chriſtianum Auguſtum anno prioris ſæculi quinquageſimo ſexto ad Romanæ Eccleſiæ gremium rever- ſum: Matrem vero Amaliam Joannis Naſſovienſis Comitis Filiam. Obſtiterat Theodorus acriter Badenſi paci ac tan- dem anno Regiminis ſui vigeſimo quar-

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

to, ætatis vero ſeptuageſimo ter[tio] deceſſit. Obiit etiam Altenburgi d[ie] vigeſima tertia Martii Fridericus [II.] Saxo-Gothanus Dux nondum exa[cto] quinquageſimo ſexto vitæ & Regim[i]nis quadrageſimo quarto anno. Men[ſe] autem Januarii die vigeſima nona [e] vivis Viennæ exceſſit Maria Doroth[ea] Princeps de Dietrichſtein Leopoldi Pri[n]cipis Conjux Vidua, annos nata ſex[a]ginta quatuor. Eandem æternit[atis] viam Menſe Junio ingreſſus eſt Ad[a]mus Franciſcus Princeps de Schwa[r]zenburg, qui Cæſarem in venatio[ne] comitatus, incautoque globo traje[ctus] poſt pauca momenta periit, poſtqu[am] nonniſi quinquaginta duos annos vi[xe]rat, & paucos ante obitum dies [ſu]premæ ſuæ voluntatis tabulas, ve[lut] repentinæ mortis ſuæ præſcius conſ[cri]pſerat. Pariter die vigeſima ſecun[da] Februarii Maria Thereſia Borbon[ia] Princeps Contii Conjux ſexageſi[mo] ſexto ætatis anno, & die vigeſima [e]juſdem Menſis Chriſtiana Joanna Pr[in]ceps Anhalthino - Köthenſis non[dum] viginti quatuor annos nata, nec [non] Emanuel Pacheco Dux de Uzeda e[o]dem Menſe Viennæ occubuere. Po[ſt] ſequentis Menſis vigeſima ſexta die v[i]geſimum nonum ætatis annum age[ns] Fridericus hæreditarius Princeps Bad[enſis]

Dur[lacenſis]

Durlacenſis, Laura Pica Princeps de Caſtillione ſeptuageſimo ſecundo vitæ ſuæ anno die vigeſima quarta Martii, & Joanna Rocque Marchioniſſa de Villars Pariſiis deceſſere. Die autem decima ſeptima Aprilis nonniſi triginta novem annos natus naturæ fato ceſſit Carolus de Coſſé Dux Priſſacenſis Franciæ Par, die vigeſima prima Maij Aloyſius Mocenigo Venetæ Reipublicæ Dux ſeptuagenarius: die trigeſima Maij Godefredus de La Tour Dux Caſtri-Theodorici nonniſi tredecim annos natus, Joſephus Princeps de Lubomirsky, die ſeptima Junii ſexageſimo nono vitæ anno: Anna Maria de los Nives Dux Medinæ Cæli die trigeſima Julii, Ludovica Anhaltino - Bernburgenſis Princeps, vigeſimo tertio ætatis anno die tertia Auguſti: expleto ſexageſimo quarto vitæ ſuæ anno Joanna Ludovica Princeps Holſato - Weiſenburgenſis, Eliſabetha Howard Ducis de Gordon Vidua, die tertia Septembris Abdy Paſcha Dey Algerienſis, die decima ſeptima Decembris Joannes Joſephus Adamus Princeps de Liechtenſtein exacto quadrageſimo ſecundo ætatis anno, die ſexta ejuſdem Menſis Joannes Guilielmus Saxo - Vinarienſis Dux nonniſi inchoato decimo quarto vitæ anno, die vigeſima ſexta Decembris Maria Mordant

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

dant

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

dant Ducіſſa de Nortfolck, die tertia Maij nondum completo decimo ſexto vitæ anno Helena Catharina Princeps de Laſerta ac denique die vigeſima tertia Decembris Ludovica Dux de Cadaval, & Princeps de Carnida aliique Principes naturæ debitum ſolverunt, quos Princeps de Monte Cervino-Pignatelli Marchio Spinazzola Innocentii XII. ex Fratre Nepos præceſſerat, Neapoli die octava Aprilis anno ætatis octogeſimo ſeptimo mortuus. Ex Præſulibus religione Catholicis hoc anno noctu, die decima nona Aprilis deceſſit æterna memoria dignus Franciſcus Ludovicus Palatini Electoris Filius, Elector & Archiepiſcopus Moguntinus, Wormatienſis & Vratislavienſis Epiſcopus, Elwacenſis Præpoſitus, & ſupremus Ordinis Teutonici Magiſter. Vix decimum nonum ætatis annum inchoaverat, cum ad Cæſaris preces die trigeſima Junii Vratislavienſis Epiſcopus & utriusque Sileſiæ Præfectus nominaretur, poſtea Monaſterienſis, Leodienſis, Olmucenſis ac demum Colonienſis Canonicus, & anno milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo poſt Patris ſui obitum Ordinis Teutonici Magiſter, die duodecima Julii Wormatienſis Epiſcopus, & octava Junii Elwacenſis Præpoſ-

poſitus eligebatur. Anno hujus ſæculi primo tam Wormatienſis Epiſcopatus, quam Ordinis ſui bona Gallorum irruptionibus, incendiis ac rapinis fœde devaſtabantur, ac ipſemet octavo poſt anno a Kleinholzio Excuſore Gallo captus die decima ſeptima Julii abducebatur, a confluentibus tamen ruſticis ereptus eſt, trucidatis e Gallica cohorte novem, ceteris triginta ſex Moguntiam raptatis: Sequenti anno Franciſcus Lothario Moguntino Archiepiſcopo Coadjutor datus, ſed anno hujus ſæculi decimo quinto, mortuo Carolo Trevirenſi Electore a Canonicis in Succeſſorem electus, dirutæ Urbis mænia reparari, & Univerſitatem ſtudio juris & Medicinæ, necnon celebri Bibliotheca augeri curavit. Mortuo autem Moguntino Archiepiſcopo ac Electore Trevirenſem Archiepiſcopatum dimiſit, atque in Moguntinum ſalutatus, per Legatum ſuum Baronem de Orten, Pruſſici Ordinis Teutonici Adminiſtrator pro antiquo jure ſuo nominari voluit, reclamante Boruſſiæ Rege. Hoc autem anno Vratislavii a Lotharingo Duce honorifica ſalutatione honoratus, ibidem annos natus ſexaginta octo ex apoplexia deceſſit. Præfuit Eccleſiæ Moguntinæ nonniſi tribus, Trevirenſi tredecim, Uratisla-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

vienſi

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

vienſi quadraginta novem, Worm
tienſi & Elwacenſi Præpoſituræ trigin
octo annis. Sepultus eſt ſine omni
nebri pompa, uti teſtamento caver
in Sacello a ſe recens erecto, appoſi
hac inſcriptione humili. *Hic jacet Fra*
*ciſcus Ludovicus Peccator.* Succeſſo
habuit in Archiepiſcopatu Mogunti
Philippum Carolum de Elz Mogun
num ac Trevirenſem Canonicum;
Wormatienſi, & Præpoſitura Elwace
Franciſcum Georgium Comitem
Schönborn Electorem Trevirenſem,
Vratislavienſi Philippum Ludovic
de Sinzendorff Cardinalem & Epiſ
pum Jaurinenſem, ac denique in Te
tonici Ordinis Magiſterio Clemen
Auguſtum Bavariæ Ducem, ac Ar
epiſcopum & Electorem Colonien

Eodem Menſe fatis ceſſit Carol
La Tonnelier de Breteuil Redonen
Epiſcopus, Sorbonæ Doctor, ſup
mus Regii Sacelli Magiſter, Ab
S. Petri de Chaumes, & Prior De
lienſis. Menſe autem Junio die de
ma nona Septuagenarius deceſſit Ju
Henricus S. R. I. Princeps & Berth
gadienſis Præpoſitus Baro de Rehl
a Radau, cui die decima octava A
guſti ſucceſſit Cajetanus Antonius Ba
de Nothhafft. Proximi Menſis die ſ
cunda infulam cum vita poſuit Co

ſtan

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtantinus Felicianus Comes Stanianoky Cmcavienſis Epiſcopus, & Polonici Regni Senator, & illuſtris Pater Patriæ, antea Cracovienſis Epiſcopus. Mortuus quoque eſt Joannes Joachimus Comes de Tarlo, qui olim Corſini, qui Papa dictus eſt Clemens XII. Romæ Con - diſcipulus primo Kiovienſis, poſtea Poſnanienſis Epiſcopus & Poloniæ Senator erat: Cum vero anno hujus ſæculi trigeſimo Corſinium ad Petri Cathedram evectum intelligeret, ipſum illum venerando pedum oſculo ſalutaturus, Romam profectus eſt, ſingularis benevolentiæ teſtificationibus ab eodem Pontifice honoratus: Eo etiam tempore Polonicam Aulam cum Pontificia reconciliandi ingens adhibuit ſtudium; impigro tamen ejus labori non omnis undequaque optatus reſpondit ſucceſſus Tandem vero Roma in Patriam reverſurus, Viennæ ſubitanea morte in ipſo itineris progreſſu interceptus obiit, anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo quarto. Pariter hujus anni Menſem Septembrem ſuæ vitæ exitialem habuit Guilielmus Franciſcus Baro de Neſſelrode Quinqueeccleſienſis Epiſcopus, qui adhuc Leodienſis ac Monaſterienſis Canonicus a Leodienſi Epiſcopo Legatus in Belgium Hiſpanicum decretus, a Leopoldo Imperatore Imperii

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C, 1732.

perii Conſiliarius nominabatur, a J-
ſepho etiam Cæſare ad componend
lites, quæ cum Hiſpaniarum Rege
ortæ fuerant, Mediolanum ablegat
Eodem hoc anno Luccovienſis Epiſc
pus vivis ſublatus eſt. Tandem d
28. Nov. mortuus eſt Carolus Henric
Dux de Coaslin Metenſis Epiſcop
Par Franciæ, qui in Conſtitutionis n
gotio nec Conſtitutionem recepit, n
Appellantibus, ſed declarationem p
tentibus adhæſit. Reclamabat eti
acriter contra Officium Gregorii V
Papæ: vitæ ſuæ annos protraxit u
que ad ſexageſimum octavum. Le
verat omnia ſua immenſi pene pre
manuſcripta Benedictinis S. Germ
de Pratis. Inter Præſules Acath
cos hoc anno defunctos recenſend
venit Franciſcus Attarbury humili g
nere natus, qui eruditione clarus p
ter varios honores etiam Roſſanus E
ſcopus a Torryorum factione nomi
batur. Porro ſuæ ambitioni limi
a Georgio Rege poni veritus, clan
ſtinis cum Ormondo Duce conſiliis
lum de throno proturbare molie
tur, iteratis autem ejusdem conſpi
tionibus feliciter detectis Anno 172
die quarta Septembris captus, Lond
nenſi Turri includitur, & omnibus ſ
dignitatibus exutus, e Regno exular
jub-

jubetur, primo Colatum, dein Bruxellas ac tandem Pariſios profectus, ubi etiam die ſeptima Martii Septuagenarius turbidis ſuis conſiliis & vitæ diebus finem impoſuit: Deceſſit quoque hoc anno Ralphus Lambert Midiæ Orientalis Epiſcopus. Hunc ad eandem æternitatis viam Bathonæ transacto ſexageſimo quarto ætatis anno Menſe Decembri ſecutus eſt Wilhelmus Baker Norwicenſis Epiſcopus, Par Angliæ, antea Bangartienſis Præſul. Eodem in loco, ejusdemque Menſis die vigeſima ſeptima Guilielmus Bradshaw Briſtollienſis Epiſcopus fatis conceſſit. Sæc. XVIII, A.C. 1732.

## §. XXIX.

### *Synodus Diœceſana Monaſterienſis Verna & Autumnalis, ejusque decreta.*

Eodem hoc anno Clemens Auguſtus Monaſterienſis Epiſcopus Verno tempore die vigeſima quarta Martii Synodum Diæceſanam, & in Autumno aliam die octava Octobris celebravit. In harum prima ſtatutum eſt, ut Sacrum Viaticum ad infirmos cum majori pompa, & honoratiori comitatu deferatur, ita tamen, ut Epiſcopus ſubditos ſuos ad frequentiorem acceſ-

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

ſum adſtringere nolit, id tamen ſp
taneæ eorum devotioni relinquat. Pr
cipit nihilominus, ut impoſteru
quando SS. Sacramentum vel in Ur
& oppidis, vel extra ad ægrotum
fertur, non tam prona facilitate u
petur ad benedictiones dextrorſum
ſiniſtrorſum identidem & promiſcue
viantibus impertiendas, cum id pot
contemptum & vilipenſionem ſæp
quam devotionem: proin ejusmodi b
nedictio duntaxat in Templo ſub eg
ſum & regreſſum Sacerdotis fiat,
forte ſingularis confluxus notetur,
alia rationabilis cauſſa id exigat.
bet inſuper Synodus, ut juxta Co
tutiones Innocentii, Pii & Bene
XIII. PP. ægroti de perſolvenda C
feſſione Sacramentali moneantur,
Nuptiæ tempore vetito, nequidem
Dominica *Lætare* celebrentur: Deni
prohibet Parochis, ne duplicia jura
gant, quando ab Ordinario juſtis
cauſſis ſepulturæ facultas in tene
faciendæ conceditur: tempeſtive
tem, & quidem pauperibus gratis
cramenta adminiſtrentur. In Autum
autem Synodo Archidiaconis injunct
eſt, ut ſingulis Parochis ſevere præ
piant, quatenus, ſi Cooperatoribus
longius tempus egeant, eos a ſæcul
Clero & non a Religioſis ſibi adſciſca
co

cum apud hos non raro Religioſæ diſciplinæ jactura ſit pertimeſcenda. Plura alia decreta jam ſæpius inculcata in hac quoque Synodo fuere innovata.

Sæc. XVIII. A.C. 1732.

## §. XXX.

## *Scriptorum Religione Catholicorum opera & obitus.*

Paucos ex Scriptoribus Catholicis hoc anno defunctis recenſere, haud moleſtum erit Lectori. Ex his ſingularem meretur memoriam Joannes Grancolas Sorbonæ Doctor & Aurelianenſis Ducis Sacellanus, qui eidem funebri oratione parentabat. Edidit etiam tractatum de antiquitate rituum in Sacramentis, tractatum de intinctione Euchariſtiæ, ſeu de conſuetudine conſecratum panem in vinum intingendi: Quietiſmum Sacramentorum doctrinæ contrarium, antiquam Eccleſiæ diſciplinam circa confeſſionem & præcipuos pœnitentiæ actus: tractatum de Liturgiis in Miſſis quovis ſæculo, Eccleſiæ Sacramentale traditionem circa infantes ſine baptismo decedentes: Commentarium Hiſtoricum de Breviario Romano: & Hiſtoricam Synopſin de Eccleſia, Urbe & Univerſitate Pariſienſi: quod opus ſicut & alia petente Noaillio Cardinale proſcriptum fuit.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

fuit. Obiit hic Scriptor Pariſiis di
prima Auguſti. II. Franciſcus G
ſtaud Sacerdos Oratorii, quo tam
poſt quinquennium relicto Pariſiis cu
ſummo Auditorum fructu atque a
plauſu Verbum Dei prædicabat, poſt
vero ex Pontificis venia Aquisſext
Parlamenti Advocatum agebat, h
tamen ob calami ſui intemperanti
exilio mulctatus, tandem die octa
Martii Vivarii ſupremum diem obi
Ceterum prælo ſubjecit ſuas Concion
in epiſtolam D. Pauli ad Romanos, vi
dicias orationis Domini Gaufridi, d
larvatam Jeſuitarum Politicam cont
Ignatium de Foreſta, & alia ejusmo
III. Dionyſius Franciſcus Camu
qui jam anno ætatis ſuæ vigeſimo qua
publici juris fecit *tentamen Hiſtoria*
*Diariis in Francia impreſſis*. Oper
quoque junxit elucubrandis comme
tariis Hiſtorico - criticis Amſtelod
mi editis, anno autem hujus ſæculi
geſimo ſecundo primos quatuor tom
*Bibliothecæ Gallicæ* & quarto poſt an
ſua miſcellanea Litteraturæ & Hiſ
riæ, necnon criſin *Charlatanariæ* ad m
dum panegyris Pariſiis prælo ſubjec
Paulopoſt primas tres partes ſuæ B
bliothecæ recentiorum librorum & B
bliothecam Franc. Ciaconii Pariſi
literis excudi fecit, uterque tamen
be

ber ſuppreſſus eſt. Inde in Hollandiam profectus, ibidem *criſim a partium ſtudio alienam de Diariis literariis*, necnon commentarios hiſtorico-Criticos in diverſos articulos Hiſtoriæ Gallicæ a Mezerayo conſcriptæ edidit. Inter poſthuma numeratur ejus Hiſtoria critica de Diariis, quæ biennio poſt ejus obitum Amſtellodami prodiit. Deceſſit ibidem die vigeſima ſecunda Octobris. IV. Joannes Henricus Böcler, qui poſteritati eruditæ reliquit Diſputationes de patria poteſtate Principum Imperii, tractatum de Advocatiis Eccleſiaſticis, tractatum de tumultibus ruſticanis ſæculi XVI. de matrimoniis Illuſtrium in Imperio Romano-Germanico, de bello Carolo V. Imp. a Mauritio Saxone illato, de ſuperioritate territoriali Comitum Imperii, de Arbitris compromiſſariis præter alia non nulla. V. Franciſcus Latenai Carmelita, Sorbonæ Doctor Congregationis Indicis Conſultor, Romanæ Inquiſitionis Qualificator, Clementi XI. ac Ludovico XIV. Galliarum Regi acceptiſſimus, ac Commiſſarius & Viſitator Apoſtolicus FF. Eremitarum Diſcalceatorum S. Auguſtini ad preces ejusdem Regis per literas Pontificias conſtitutus. Scripſit methodum Cardinalem Noaillium cum Papa conciliandi, tra-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

ctatus de Pœnitentia, de cenſuris, alios quamplurimos tractatus Theologicos. Porro ad commendationem hujus Viri adjungimus ipſas præd. Pontificis literas anno hujus ſæc. nono die vigeſima quinta Maij dat.

„Cum ſicut accepimus, Fra „Congregationis Franciæ Ordinis E „mitarum S. Auguſtini Excalceator „nuncupatorum jamdiu variis diſſi „rum fluctibus agitentur, indeque „ligioſa illorum ſtudia magnopere „turbentur, & regularis diſciplinæ „ſervantia non modicum ceperit de „menti: Nos ex injuncto Nobis d „nitus paſtoralis officii debito cup „tes, ut diſſidia hujusmodi co „nantur, dictaque Congregatio „lius membra in priſtinæ chari „compagem reſtituantur, ac Eccle „ſtica regularisque diſciplina, „collapſa eſt, opportunis ration „redintegretur, & ubi benedicente „mino viget, firmius conſtantius „perſeveret, Chariſſimi in Chriſto „Ludovici Francorum Regis Chr „niſſimi ſupplicationibus nomine „ſuper hoc humiliter porrectis incl „Teque a quibusvis excommunica „nis &c. abſolventes & abſolutum „cenſentes, Te, qui Frater expr „profeſſus Provinciæ Toloſanæ Ord

„Be

„Beatæ Mariæ Virginis de Monte Car- Sæc. XVIII.
„melo, & in ſacra Theologia Magiſter, A. C. 1732.
„necnon in Collegio Sorbonico Doctor,
„& Conventus majoris Pariſienſis ſe-
„cundo dicti Ordinis primus Regens
„ſtudiorum exiſtis, ac Congregationis
„Venerabilium Fratrum Noſtrorum
„S. R. E. Cardinalium indici librorum
„prohibitorum & expurgandorum præ-
„poſitæ Conſultoris & Tribunalis
„ſanctæ Romanæ Inquiſitionis Qualifi-
„catoris reſpective muneribus lauda-
„biliter functus fuiſti, & de cujus fide,
„prudentia, dexteritate, doctrina,
„charitate, integritate, vigilantia &
„Religionis Zelo plurimum in Domino
„confidimus, Commiſſarium ac Viſita-
„torem eorundem Fratrum Eremita-
„rum Excalceatorum Congregationis
„Franciæ hujusmodi authoritate Apo-
„ſtolica, tenore præſentium conſtitui-
„mus & deputamus, ac tibi harum
„ſerie committimus & mandamus, ut
„eandem Franciæ Congregationem,
„illiusque Superiores, Fratres & Per-
„ſonas cujusvis ſtatus, gradus, con-
„ditionis, præeminentiæ & dignitatis
„exiſtant, ac Domos, Conventus &
„alia Loca regularia quæcumque tam
„in capite, quam in membris, autho-
„ritate noſtra Apoſtolica ſemel tantum
„viſites, & in illorum ſtatum, vitam,

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

„mores, ritus & diſciplinam diligen-
„inquiras, necnon Evangelicæ & Ap-
„ſtolicæ Doctrinæ, Sacrorumque Ca-
„nonum, & generalium Conciliorum
„præſertim Tridentini decretis, 
„Sanctorum Patrum traditionibus, re-
„gularibusque prædictæ Congregatio-
„nis inſtitutis, Apoſtolica authorita-
„approbatis inhærendo, quæcumque
„mutatione, correctione, emendatione
„reformatione, revocatione vel reno-
„vatione indigere cognoveris, mutes
„corrigas, emendes, reformes, revo-
„ces, renoves ac etiam de novo con-
„das, condita Sacris Canonibus 
„Concilii Tridentini prædictis decretis
„ac Conſtitutionibus & Ordinationi-
„Apoſtolicis, regularibusque inſtitu-
„prædictis non repugnantia confirmes
„diſſidia præfata componas, abuſus
„quoscumque tollas; Regulas, Inſti-
„tutionem & Eccleſiaſticam regula-
„remque diſciplinam, & in primis di-
„vinum cultum, ubicumque exciderit,
„rit, juxta dictæ Congregationis Re-
„gulam & Conſtitutiones dicta au-
„ritate confirmatas, modis congruis
„reſtituas & redintegres. Si aliquos
„aliquo delinquentes repereris, eos
„juxta Canonicas ſanctiones, & regu-
„laria inſtituta, hujusmodi punias 
„caſtiges, ac perſonas præfatas ad de-
„bitum

„bitum & honeſtum vitæ modum revoces; & quidquid deſuper ſtatueris & ordinaveris, obſervari facias. Præterea electiones Superiorum, quas nulliter factas reperies, nullas & invalidas cum omnibus inde ſequutis declarare, illasque ex eis, quas in Domino expedire judicaveris, cum omnibus pariter inde ſecutis ſanare & convalidare, ac omnes & ſingulos juris & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplere; tempus gubernii Superioribus præfatæ Congregationis usque ad proxime futurum Capitulum provinciale, ſive generale reſpective, in quibus nova eorundem Superiorum electio facienda erit, prorogare; Receptiones Novitiorum ad habitum regularem a non habentibus poteſtatem factas, ac Novitiatum per eos peractum, illius tamen, tempore minime imminuto, itidem ſanare & convalidare, ac ad novam profeſſionem regularem illos, qui ea de cauſſa profeſſionem prædictam nulliter emiſiſſent, admittere, dummodo tamen de prædicta nullitate præmoniti iterum eamdem profeſſionem emittere conſentiant. Capitulum tam provinciale, quam generale in eadem Congregatione Franciæ pro novorum Superiorum ele-

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

Sæc. XVIII. „ ctione facienda convocare, ac in e
A.C. 1732. „pro una vice tantum cum facult
„ ferendi votum, ſive ſuffragium,
„non eligendi Socium, ſive Secre
„ rium tibi beneviſum cum eadem pr
„ rogativa voti, ſive ſuffragii præſide
„alios Viſitatores idoneos intra,
„extra prædictam Congregationem
„te pro viſitatione Conventuum, qu
„per te ipſum viſitare minime pote
„cum facultatibus, quas ad id nec
„ſarias eis communicare judicave
„aſſumendos ſubſtituere; ita tamen
„per te ipſum, ſi poſſibile erit, viſi
„tionem, ſive taxam expenſarum
„Sacrorum Canonum, & Concilii T
„dentini præſcriptum a Convent
„ viſitationis hujusmodi juxta mo
„ Congregationis ſupradictæ exi
„ poſſis & valeas: Nos enim tibi p
„ miſſa, aliaque omnia & ſingula,
„circa ea, ac pro Commiſſarii &
„ſitatoris hujusmodi munere rite & re
„ exequendo quomodolibet neceſſ
„& opportuna faciendi, dicendi,
„rendi, mandandi, exequendi
„contradictores quoslibet & reb
„per ſententias, cenſuras & pœ
„Eccleſiaſticas, aliaque opportuna
„ris & facti remedia, appellati
„poſtpoſita, compeſcendi, auxili
„ que brachii ſæcularis, quatenus op

„ſit, invocandi plenam, & amplam, Sæc. XVIII. A. C. 1732.
„ac quamcumque neceſſariam & opportunam facultatem, dicta auctoritate, harum ſerie tribuimus & impertimur.„

„Mandantes propterea in virtute „ſanctæ obedientiæ omnibus & ſingulis Superioribus, Fratribus & Perſonis præfatis, ut Te uti Commiſſarium Viſitatorem a Nobis, ut præfertur, deputatum reverenter ſuſcipientes ac recognoſcentes, tibi in omnibus & ſingulis præmiſſis prompte pareant & obſequantur, ac tua ſalubria monita & mandata humiliter recipiant, & efficaciter adimplere procurent, alioquin ſententiam, ſive pœnam, quam rite tuleris ſeu ſtatueris in rebelles, ratam habebimus & faciemus authore Domino usque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.„

VI. Petrus Catharinus Zeno Clericus Regularis Congregationis de Somaſcha, qui non modo Fratri ſuo Germano Apoſtolio Zenoni in concinnandis primis quatuor tomis Scriptorum Venetorum egregiam operam navavit, ſed ipſus etiam notas addidit ad vitam Andreæ Moroſini, & Ludovici Lollini: Edidit quoque vitam Procuratoris Baptiſtæ Nani, & Senatoris Michaelis Foſca-

Sæc. XVIII. A.C. 1732.

Foſcarini: Per plures etiam annos D*rium literarium* potiſſima ex parte p ſecutus, quamplurimos Philoſophic Hiſtoricos & Theologicos libros Gallico in Italicum idioma tranſtu Deceſſit trigeſima Junii annos na ſexaginta ſex.

## §. XXXI.

### *Scriptores Acatholici hoc anno m tui, eorum lucubrationes.*

Non deſunt ex Proteſtantibus anno denatis, qui eruditis calamis celebre ſibi nomen in re blica Literaria compararunt. Ex haud infimus eſt Joannes Bernar Mencke, qui collegit Scriptores re Germanicarum, ſpeciatim Saxon rum: Exſtant quoque præter vit Leopoldi Imperatoris, ejus anal de calamitatibus quorumdam Lite torum, orationes duæ de *Charlata ria* Eruditorum, Sigismundi Aug Poloniæ Regis epiſtolæ, legatione reſponſa, diſſertationes de Auguſtor Auguſtarumque conſecratione ex n mis, de monogrammate Chriſti, nævis politicis Caroli V. de comm tariis hiſtoricis, vulgo dictis: *mem res*, & alia non pauca. II. Francil Attesbury, de cujus fatis jam ſup me

mentionem habuimus; ſcripſit librum de æquitate ſpiritualium conventiculorum, quod tamen opus Kennetus refutavit, Franciſcus autem ex arrogantia Adverſario ſuo reſpondere haud dignatus eſt. Adſcribunt eidem Franciſco nonnulli epitaphium P. Harduino inſcriptum. III. Juſtus Chriſtophorus Böhmer, qui poſteritati reliquit diſſertationes de fictione Carteſii S. Scripturæ contraria, de reſurrectione mortuorum V. T. oraculis confirmata, de Bonifacio Germanorum Apoſtolo, de conjugiis Principum ex ratione ſtatus initis præter plures orationes, proluſiones, & programmata. IV. Sigismundus Apin, qui calamum ſuum exercuit in elucubrandis diſſertationibus de intellectu puro, de regula lesbia, de ingeniorum tardiorum felicitate in docendo, de duplici Baptismo Diſcipulorum Epheſinorum, de eo, an liceat brutorum corpora mutilare, de nimio, & noxio hiſtoriæ literariæ ſtudio; ſcripſit etiam Hiſtoriam naturalem de S. Scripturæ veritate teſtimonium perhibentem præter alia nonnulla. V. Joannes Joachimus Weidner, de quo exſtat Collegium Theologicum 48. diſputationibus abſolutum, modeſta vindicatio articulorum fidei contra Irenicos, Schediasma de ſcien-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

tia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

tia falſo ſic nominata ex 1. Tim. 6.
excommunicationis Divinum inſtitut
præter diſputationes de Conſtant
Magno, de Juliano Apoſtata, de j
naturæ, de diſſenſu Calviniſtarum
Lutheranis, de gratia Dei univer
&c. VI. Chriſtianus Sahma, qui
cubravit diſputationes de regreſſu
tempore Hiskiæ, de cathedris Apo
lorum, de tranſitu Iſraelitarum
mare rubrum, de columna nubis
ignis, de fine hominis, de vir
morali, de libero arbitrio, de fort
dine & temperantia, de confirmat
nis Sacramento, de Spiritu inter
tandi Scripturam, de agno paſch
de mandato fidei in Jeſum Chriſt
de precibus pro defunctis, &c.
Joannes Hillinger, qui publici j
fecit Scholam Principum, additam
ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam Saliſ
genſis Diæceſis, animæ Anatom
& alia nonnulla. VIII. Joannes G
lielmus Goling, qui edidit tract
de Deo & religione, de character
veræ Religionis, de neceſſitate re
tionis, de imagine Dei &c. IX. G
gius Pfefferkorn, qui typis vulgavit
ſputationem de libris & Scriptor
V. T. Hiſtoriam Thuringiæ, & th
apologeticas pro Megalandro Luthe
X. Joachimus Meier, qui edidit diſſ
tati

tationes de Lesbia Romana, de optimo Reipublicæ ſtatu, de Bojorum migrationibus, de jure connubii cum Sponſa extranea, &c. XI. Chriſtianus Maſcov, qui ſcripſit Anti-Mennonem, tractatum de flebili Sacræ in ſpiritualibus curæ defectu, de teſtimoniis exiſtentiæ Divinæ, de converſione Gentilium modernorum, de publica lapſorum cum Eccleſia reconciliatione, de Lectione Biblica &c. XII. Joannes Pritius, cujus opera ſunt præcipua, Introductio in novum Teſtamentum, Relatio de ſtatu Religionis Chriſtianæ in Regno Sinenſi ob cultum Confucii perturbato, diſputationes de Chriſto, de Pelagianiſmo Orthodoxæ Eccleſiæ a Reformatis inique imputato, de contemptu divitiarum apud Romanos Philoſophos, de atheiſmo, de vero divitiarum uſu, de imperio Dei in Atheos, & alia non pauca. XIII. Michael Reinhardt, qui prælo ſubjecit diſſertationes de cibis Hebræorum vetitis, de ſacco & cinere, de organophilacio muſico Codicis Ebræi, de cantico ſymboli Apoſtolici, de præjudicio auctoritatis in interpretanda Scriptura, de variantibus N. T. lectionibus, de jurisdictione Proteſtantium eccleſiaſtica, & alia plura. XIV. Chriſtianus Gerber, qui Hiſtoriam de Eccleſiæ ſuæ ritibus in

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

in Saxonia, & de Præconum offi
edidit, ubi illos Prædicantes, qui co
tra noxia dogmata e ſuggeſtu dec
mant, acriter inſectatur, & fatet
quod moderni Lutheranæ Eccleſiæ
tus a Papiſtarum Eccleſia fuerint m
tuati, & quod Ludimagiſter, ſi cop
ſus eſt communicantium conflux
unacum Paſtore S. Cænam ruri adi
niſtrare queat, rejicit quoque bapt
malem exorciſmum, & commen
Poli Calviniſtæ librum, ſæpiusq
preces pro defunctis eſſe funden
docet &c. Obiit die 24. Maij ann
natus ſeptuaginta duos.

## §. XXXII.

### *Erudita contentio circa method ſcribendi Hebraice.*

Hoc item anno levis inter Hebrai
linguæ Cultores contentio exo
eſt. Illius occaſionem præbuit do
ſimus quidam Cathedralis Ambian
Eccleſiæ Canonicus, nomine Fr
ciſcus Maſclefus, qui Grammati
Ebraicam a punctis, aliisque inve
Maſoreticis liberam edidit, hujuſ
linguæ verba legendi modum faci
rem reddere ſtuduit; cum enim Ebr
cum idioma literis, quas *vocales* v
cant, careat, ac propterea in earu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

defectum (ut ipſe exiſtimabat) Judæi multa puncta inveniſſent, Maſclefus ejusmodi punctorum difficultatem ſublaturus, novam ſine his legendi methodum excogitavit, & ubi punctum eſſet efformandum, latinam vocalem ſubſtituit, v. g. ut hoc verbum Bedal כָּרֵל legi poſſet, illud ſic ſcripſit כeרaל. Placuit non paucis eruditis forte ob novitatem, commoditatemque magis, quam utilitatem, hæc Maſcleſiana methodus, in plures etiam Scholas invecta. Ea de cauſſa hæc ipſa Grammatica Anno 1731. Pariſiis iterato prælo prodiit, aucta tribus ejusdem inſtituti Grammaticis Chaldaica, Syriaca & Samaritana, in quarum tertio volumine Auctor ſuam methodum vindicavit, & oſtendit, hac ratione facilius Chaldaicam &c. linguam addiſci poſſe. Nihilominus hanc methodum P. Quarinus Benedictinus ex Congregatione S. Mauri acriter impugnavit, atque Auctori objecit, hanc methodum jam Anno 1658. ab Oliviero du Boullé inventam fuiſſe, ad quod Maſclefus reſpondit, id ſe ignoraſſe, Oliverium tamen rem acu non tetigiſſe, nec hujus methodi neceſſitatem oſtendiſſe. Paulopoſt e vivis deceſſerat Maſclefus, quem tamen P. de la Blettrie

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A.C. 1732.

Oratorii Presbyter utpote intimum A-
cum ſuum defendendum ſuſcepit, c-
ctasque Quarini objectiones di-
Huic quoque ſuppetias venit P. H-
bigant pariter Oratorii Presbyter qu-
dam Maſcleſi Diſcipulus, qui Pari-
literis in defenſionem ſui Magiſtri
anno excudi fecit librum, cui titul-
*Radices Hebraicæ ſine punctis vocali-
ſeu Dictionarium Hebraicum per radi-
ubi juxta antiquos ac recentiores Inter-
tes, omnia Chaldaica & Hebræa te-
Originalis S. Scripturæ verba explican-*
In hujus libri præfatione Auctor c-
ficit Hiſtoriam de vocalibus pun-
ac oſtendere nititur, ea propriè
vocalibus non eſſe habenda, &
Esdræ ævo nec ante Talmud in-
fuiſſe, minus vero Moyſen illorum
ſtitiſſe inventorem, Maſorethas
artis criticæ pene ignaros fuiſſe,
etiam textui hebraico eo modo,
Esdræ tempore verba fuiſſent pron-
tiata, puncta addidiſſe: His perm-
Dictionarii ſui uſum edocet, totum
opus in tres partes diſpertitur, in-
rum prima radices Hebraicas expl-
& non modo Magiſtrum ſuum,
præſertim Porturegienſes in ſuis *Ra-
cibus græcis & latinis* preſſe ſequitur.
altera de Hebræorum punctis agit,
demum tertia pars origines Græc-
ich-

latinas & Gallicas complectitur, ubi Auctor ea Græca, latina & Gallica verba indicat, quæ ex hebraico ſuam repetunt originem. Nec tamen propterea Maſcleſiani ſyſtematis vindices prorſus intacti remanſere; quippe P. Didacus de Quadros Madritenſis Romæ Anno 1733. ſuum edidit *Enchiridion ſeu manuale Hebraicum, ad uſum Collegii Seminarii Madritenſis in duas partes diſtributum, quarum altera Grammaticam cum aliquot diſſertationibus continet, altera utrumque lexicon Hebræum & latinum.* In hoc opere Author novam methodum rejiciens propugnat, veterem Hebraicorum verborum pronuntiationem penitus eſſe deperditam, proin nil conſultius eſſe, quam ut quinque Vocales retinerentur, & præcipue omnes combinationes vocalis: *e, Scheva* omitterentur, eoquod punctorum immutationes nimis difficiles forent. Summopere extollit vetuſtiſſimum libellum hanc in rem Pariſiis apud Egidium Corbinum Anno 1587. editum ſub hoc titulo: *Ad legenda & intelligenda Hebræorum & Orientalium ſine punctis ſcripta.* Exiſtimat, quod *quisquis Hebraice ſcire percupit, hoc ſolo volumine contentus fiat, in quo, ſi aliquamdiu & accurate ſe exerceat, non dubium ſit, quin Hebraice penitus ſit evaſurus.* De ſe

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

etiam hæc addit: *pronuntio inge*
*quod mediocris plane homo ipſe ſim*
*genere* ( ſc. hebraicæ linguæ) *qu*
*per triginta retro annos, a quibus*
*id jugiter excoluiſſem, non per fac*
*majores Philoſophicas & Theologic*
*giter exſpatiatus, potuiſſem forte mo*
*qui valentius. Sed tamen ne tenuitas*
*pateat contemptui, cuncta tentavi,*
*de me periculum facerem, num in r*
*modi penitus cæcutirem.* Idem ferm
petit in ſuis ad Trivoltienſes lit
*Quarta reflexio eſt*, inquit ipſe, *m*
*laſticis quæſtionibus penitus deditum,*
*rare, an in his, quæ hucusque dicta*
*locutus fuerim, an potius effutiveri*
*inepta protulerim* &c.

## §. XXXIII.

### *V. Catharina de Riccis Beat Albo a Clemente XII. inſcripta.*

Jam per plurimos annos vita &
racula Venerabilis Famulæ De
tharinæ de Riccis Ordinis S. Dom
Sanctimonialis in pluribus Cardin
& Theologorum congregationibus
citroque fuere diſcuſſa: cum a
unanimi omnium ſuffragio comprob
eſſent hujus Virginis virtutes,
gradu, ut vocant, heroico, nec
co

continuata vitæ ſanctitas & prodigia per ejus patrocinium a Deo patrata, hinc omnes Judices deputati cenſuerunt, ad Ejusdem Servæ Dei Beatificationem tuto procedi poſſe. Auditis ergo, ac rurſus accurate penſatis horum ſuffragiis, Clemens Papa ad humillimas preces Joannis Gaſtonis Magni Etruriæ Ducis ac totius S. Ordinis S. Dominici, die prima Octobris Conſtitutionem edidit, qua declaravit, quod hæc Dei famula impoſterum Beatæ nomine nuncupari, ejusque Corpus & Reliquiæ publicæ venerationi exponi, necnon de ea ſub ritu duplici Officium die duodecima Februarii Florentiis & Prati, a toto Ordine S. Dominici celebrari queat. Solemnia autem hujus Beatificationis in præfatæ Urbis & dicti Ordinis Eccleſiis primum celebrentur, poſtquam Romæ in Vaticana Eccleſia ad proximam diem vigeſimam tertiam Novembris hoc anno fuerint celebrata.

Sæc. XVIII. A.C. 1732.

## §. XXXIV.

### *Continuus conflictus inter Franciæ Regem, ejusque Parlamenta.*

Parlamento Pariſienſi, ejusque Advocatis ab exilio revocatis aliquamdiu tranquillior in Galliis ſpirabat au-

Sæc. XVIII A. C. 1732.

ra: brevi tamen acrior tempeſtas minere videbatur; Pariſienſe enim lamentum per ipſam Regis indu tiam ſibi tantum arrogabat autho tis, ut Regnum pro ſummo im adminiſtrare crederetur; præprim nim die vigeſima quarta Februar cretum promulgari juſſit, in quo, nam doctrinæ in Scholis tradere præſcripſit, fontes & libros indi in quibus principia, quæ ad menti ſalivam eſſent, ſtabilita re rentur, ac denique pro ſuo ar limites poſuit, intra quos reve ac obſequium S. Canonibus deb arctaretur. Hanc temeritatem cicatricem vix bene obductam care veritus, adhucdum diſſim in vulgus tamen paulopoſt ſparg libellus *de Parlamentorum origine, que privilegiis*. Ubi Auctor ſoli tionibus comprobatum reddebat, guam fuiſſe ab initio Parlamen auctoritatem ad res mere p unice reſtrictam, nunc vero illa rogare poteſtatem, quæ ipſis pacto deberetur. Hæc ſcribend tas Parlamenta nimis acriter p ut inulta abiret; cum ergo Par & Rothomagenſe Parlamentum Auctores vindictam exerere non p contra folium ſuam oſtenderun

te

tentiam, ac edito decreto hunc libellum ad rogum damnarunt. His vero flammis magis accendebatur animoſitas Pariſini Parlamenti, quod die decimo quarto Aprilis quasdam typis impreſſas *reflexiones pro Epiſcopis*, & vigeſima quinta ejusdem Menſis duos alios Abbatis Pelleterii libros, ſcilicet Conſtitutionem propugnatam, & tractatum de Amore Dei proſcripſit, & comburi juſſit. Nec his limitibus circumſcribi patiebatur Parlamenti poteſtas; palam quippe laico Tribunali ſubjicienda adhuc erat Eccleſiæ auctoritas. Eo fine præfato die Parlamentum publico edicto vetuit, ne Conſtitutio tanquam fidei Regula, ſed duntaxat velut quædam inſtructio Sacerdotibus data reciperetur, de cetero autem hæc ipſa Conſtitutio prohiberetur, utpote honori & auctoritati Parlamentorum contraria. Id porro ſingulare erat, quod Parlamentum ſua edicta præcipue circa duos illos libros tunc promulgaverit, poſtquam paulo ante regius Senatus ſimile decretum ediderat, proin Parlamentum, cauſſam, quæ in Regis Curia jamjam pendebat, ad ſuum forum trahere ipſamque Regis authoritatem intercipere credebatur. Hæc ergo Parlamenti animoſitas, qua non modo Eccleſiæ ſed & Regis auctoritas vili-

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

penſa, ejusque mandatum palam v
latum erat, Ludovicum Regem
juſtam concitavit iracundiam, quod
die prima Maij per ſanctioris ſui Se
tus edictum declaravit, hoc Parlame
decretum, utpote omnibus honeſta
& ſubmiſſionis regulis, legibus & c
ſuetudinibus contrarium, omnino n
lum nulliusque eſſe roboris, hanc ve
Regis declarationem mox Parlame
tabulis inſerendam eſſe.

## §. XXXV.

*Laudanenſis Epiſcopi inſtructio Paſtorales, & contentio inde exorta.*

Interim potiſſimi ex Franciæ Epiſc
ſummo dolore affecti, depl
bant, quod præcipuum ſuæ dign
tis depoſitum ſibi ſolis a Chriſto D
mino commiſſum ipſis tam impune ta
que frequenter per laicorum manus c
peretur: præ ceteris vero ſuam an
amaritudinem Zelumque moderar
impar erat Stephanus Joſephus de
Farre Dux atque Epiſcopus Laudan
ſis, qui per integrum triennium n
pepercerat labori, ut ſuam Diæceſ
a Janſenianis erroribus, qui altas ib
dem egerant radices, funditus expu
garet: Eo fine jam anno hujus ſæcu

trigeſimo die quinta decima Novembris encyclicam edidit epiſtolam *de ſubmiſſione Conſtitutioni* UNIGENITUS *& de immota fide ſubditorum ſuo Principi debita, necnon de ſacratis Epiſcopalis dignitatis juribus.* Sæpius etiam ſuo populo inculcabat, præfatam Conſtitutionem velut fidei Regulam in Eccleſia eſſe receptam: Inde Parlamentum Pariſienſe ſuam in Epiſcopos jurisdictionem exercendi anſam avide arripuit, moxque die vigeſima Februarii anni ſequentis publico edicto hanc epiſtolam diſtribui vetuit: Hoc comperto Epiſcopus ſuarum partium eſſe cenſebat, ut impugnatam Epiſcopalem auctoritatem ab uſurpatione vindicaret, & Eccleſiæ, a qua eam accepiſſet, reſtitueret; die ergo vigeſima quarta ejusdem Menſis Inſtructionem Paſtoralem edidit, in qua fideles ad obſequium hortatus, de poteſtate Epiſcopis a Deo conceſſa non minus ſolide, quam erudite egit. Hæc tamen Epiſcopi conſtantia adeo non fregit obfirmatum Parlamenti animum, ut etiam die ſecunda Martii hanc inſtructionem acerbiore adhuc, quam erat primum, edicto damnaret: Ne vero iterata hac uſurpatione vel Parlamento jus accreſcere videretur, nec Diæceſani ſiniſtram de ſuo Paſtore opinionem ſenſim imbibe-

Sæc. XVIII. A. C. 1732.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

rent, hic idem Præſul hoc anno d
edidit Paſtorales literas, & quid
primam die decima Maij & alte
prima Julii. In utraque validis
pido argumentis demonſtratum ib
quod Parlamentis Nationes doce
Magiſterium non ſit demandatum,
judicibus Laicis res fidei dijudica
poteſtas competat, nec ipſi, quid
fidei regula habendum, diſcernendi
habeant, his ſolide comprobatis
dicta anathematis pœna omnibus
Diæceſanis inhibuit, ne cuncta
Parlamenti decreta, ſententias,
deductiones legant. Quo demum
ceſſu Zeloſiſſimus hic Præſul cau
Domini propugnaverit, anno ſeq
recenſebimus.

## §. XXXVI.

### *Parlamenti Pariſienſis querelæ con nuperum Regis edictum.*

His Laudanenſis Epiſcopi argum
tis Parlamentum unguem in ul
eo altius infigi ſentiebat, quo cer
ſibi perſuaſum habebat, intrepid
hujus Præſulis animum fortius f
incitatum ipſo Regis edicto, quo nu
palam declaratum, ejusmodi res
forum Parlamenti non pertinere.
ergo poteſtatis, quam ſibi arrogab
in

imminuendæ periculum præverteret Parlamentum, die ſexta Maij convocatis omnibus Curiis Conventum habuit, in quo decrevere Patres, Regem eſſe adeundum, eique perdemiſſe exponendas eſſe rationes, propter quas nuperum ipſius decretum acceptari haud poſſet. Aliquamdiu Parlamenti Patribus denegata eſt Regii alloquii copia, qua tandem obtenta die decima octava Maij ſuas rationes ſcriptotenus tradere jubebantur, quas Rex prælegi, & in ſanctiore Senatu ſuo examinari præcepit: Cum autem inter alia Parlamentum, ut Bullam *Unigenitus* exoſam redderet, expoſuiſſet, timendum eſſe, ne principia, quæ venerandis Monarchiæ principiis apprime contraria eſſent, in dogma fidei erigerentur, ipſe D'Aqueſſous Cancellarius nomine & præſente Rege Parlamenti Deputatis hæc repoſuit: *Ejusmodi attentatum non minus Eccleſiam quam Regni Magiſtratus offenderet, Eccleſia enim Gallicana quovis tempore edidit argumenta illuſtria ſuæ in hac materia ſententiæ; & ipſamet Veſtra Societas in ſua Deductione ſatetur, quod Anno* 1714. *Epiſcopi omnium primi præcautiones, poſtmodum a Parlamentis receptas, occaſione propoſitionis in Bulla Unigenitus condemnatæ, adhibuerint pro conſervatione noſtrorum principiorum regni. Verum*

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

*Verum hæ præcautiones nec fuerunt a-*
*hibitæ nec potuerunt adhiberi, niſi contr*
*eos, qui abutentes Bulla per falſam inte-*
*pretationem, ac deducentes falſas conſ*
*quentias poſſent inſurgere contra jura ſa*
*coronæ, contra principia regni, & contr*
*libertates Eccleſiæ Gallicanæ. Hæ tam*
*reſervationes non impediunt, quin Ma*
*ſtratus inſtar aliorum fidelium quorumcu*
*que, in articulis doctrinæ ad religion*
*pertinentibus, teneatur ſe ſubmittere de*
*ſioni, quæ per acceptationem illius ab E*
*cleſia factam jam eſt Lex Eccleſiæ, pro*
*Rex obſervavit in ſua Declaratione d*
24. *Maij Anno* 1730. Penſata tota r
ſerie Rex probe cognoverat, agi
ſumma Religionis Catholicæ, de E
ſcopali auctoritate, de libero Div
hujus auctoritatis exercitio, de jur
dictione Eccleſiaſtica, docendi, atq
inſtruendi poteſtate, de depoſito Sa
crorum Canonum, de Bulla dogmatic
quæ in Eccleſia, & Regno in lege
tranſiiſſet, ac demum de Eccleſia, qu
vel in ſervitutem cogenda, vel pro i
dependente habenda eſſet. Circa o
nes vero hoſce articulos laicis Judicib
nullam decidendi poteſtatem eſſe, qu
Epiſcopali dignitati authoritatem ip
a Deo commiſſam eriperent: His m
ture perpenſis Rex Parlamenti Dep
tatis reſpondit, ſe vehementer mirari,
quod

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

quod Parlamentum eo temeritatis prolaberetur, ut in defenſionem nuperi ſui decreti præſcriptos ſuæ poteſtatis fines adhuc longius excederet, ac in ipſo ſuo decreto antea feciſſet, quocirca ſe ſententiam ſuam adeo non poſſe revocare, ut potius illam contra decreti ſubſtantiam & modum pronuntiatam majore adhuc robore confirmare adſtringeretur: Nihilominus Parlamentum a ſua pervicacia retrahi haud poterat, quinimo iteratis vicibus declarabat, ſe Regis ſententiam in tabulas referre non poſſe; die etiam decima Maij rurſus Parlamentum omnes Curias convocabat, ac re in deliberationem vocata concludebat, Curias nunquam ceſſaturas, quominus omni tempore omnique data occaſione Regi ob oculos ponerent, omnino neceſſarium eſſe, ut nequidem in dubium vocetur, Regni Curiis competere hanc poteſtatem, & ſeſe totis viribus opponerent, ne Conſtitutio *Unigenitus* pro fidei Regula haberetur, hæcque prærogativa ex ipſius natura nullatenus huic Bullæ attribuenda eſſet. Verum hujus decreti, cum Patres illud publicum reddere non auderent, nulla habita eſt ratio.

§. XXXVII.

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

## §. XXXVII.

### *Siſtaricenſis Epiſcopi ſcriptum, ejusque fata.*

Inter haſce turbas in Quesnellian factionis ſuppetias ſemper prurien tem calamum ſuum diutius otioſu ſiſtere haud voluit Carolus Joachim Colbert de Croyſii Montpeſſulanus Epi ſcopus. Igitur ineunte hoc anno I *ſtructionem Paſtoralem occaſione miracul rum in favorem Appellantium a Deo p tratorum conſcripſit.* Verum infauſ prorſus ſydere hic fœtus publicam ſpexit lucem; quippe non modo in i cunabulis ſuis Romæ atro carbone tatus, ſed etiam in Galliis, ubi in guratum habuit ortum, ab ipſo Re per publicum edictum die vigeſim quinta Aprilis ſuppreſſus fuit. Aſt probroſa ejusmodi ſtigmata, & in mes rogos jam prorſus occaluerat e fræ nis Sectariorum petulantia; quam vis enim quovis anno volumen de co ficta ſua Hiſtoria libri reflexionum Conſtitutionis divulgarent, hujus ta men operis molem & ſtyli ruditatem Lectori nauſeam creare deprehende bant, ut ergo hujus libri lectionem fa ciliorem redderent, totum venenum ad duo volumina contrahere decreve runt;

runt: Huic vero Synopſi præfigebant hunc titulum: *Anecdota ſeu ſecretæ notitiæ circa Conſtitutionem* Unigenitus. Hujus libri tomum primum jam Anno 1730. infelices hi Auctores vulgabant, Continebatur in eo, quicquid virulentum hæreſis ac ſchismatis improbitas unquam progerminare potuiſſet. Fingebant hi corruptæ phantaſiæ Auctores, univerſum Orbem reſonare horrenda omnium, qui veri adhuc eſſent Catholici, vociferatione contra abominandam hanc Conſtitutionem; in ejus contemptum Eccleſiam omni ſua exuunt auctoritate, ſummo inſultant Pontifici atque Epiſcopis, & quidem fœdis adeo ludibriis, ut paria ab Orco duntaxat dictari poſſent: Ipſam quoque Regis poteſtatem licentia non niſi ſeveriſſimis pœnis eluenda, inſectantur, cunctaque facta, quæ enarrant, pudendis mendaciis, innumerisque falſitatibus pro more ſuo contaminant. Tantam horum proterviam deteſtatus Cardinalis Fleuryus, primus Regni Miniſter, cunctos Franciæ Epiſcopos eruditione, ac probitate celebriores contra pernicioſum hoc impietatis monſtrum armare ſtatuit. Nec ejus conatui defuit prompta bellandi voluntas; quippe quadraginta tam Archipræſules quam Epiſcopi juſto Religionis Zelo animati nullum

Sæc. XVIII. A C. 1733.

effica-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

efficacius graſſanti malo remedium
poni poſſe cenſebant, quam Nation
Concilium: Hi ergo unaomnes Ro
nii & Biſſii Cardinalium protecti
ſuffulti, Regem adirent, ſupplices,
ejusmodi Synodum, utpote omni
retro ſæculis contra ſectæ venenum
peſtem præſentaneum & longe pot
tiſſimum antidotum, celebrari perm
teret. Verum Rex aut novæ moleſ
metu territus, aut imminentis b
curis diſtractus, ſalubre hoc Præſul
conſilium neglexit: Ne vero Epiſco
rum taciturnitate Sectariorum te
ritas, malique exempli pravitas in
leſceret, Fleuryus Cardinalis id c
ſilii cepit, ut infamis hic libell
docto quodam Præſule confutar
Præ ceteris ſelegit Cardinalem B
ſium, qui quidem hujus laboris ne
ſitatem probe ſibi perſpectam hab
ſe tamen aliis lucubrationibus dis
tum obtendit. Nec tamen propte
animum deſpondit Fleuryus, ſed e
dem Cardinalem Biſſyum rogabat,
Petrum Franciſcum Lafiteau S
ricenſem Epiſcopum datis ad eum lit
ad perutilem æque ac neceſſari
hanc operam ſollicitaret. Hic labo
difficultate haud territus, man
operi admovit, & die decima quin
Auguſti refutationem ſuam publ
jur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

juris fecit, tanta rationum ſoliditate elaboratam, tamque certa geſtorum evidentia dilucidatam, ut in ſole caligare videretur, qui non illico detectis omnibus, quibus hæc anecdota ſcatebant, impoſturis, illorum Authores, & perverſos eorum ſenſus detracta larva præclare noſceret, atque ex propriis eorum verbis & confeſſionibus de mala fide, improbitate, & petulantia convictos deteſtaretur. Hac lucubratione factioſis lethale prorſus vulnus infligebatur: ut ergo ſua Anecdota a publica infamiæ nota expurgarent, & tam hæc, quam alias ſub prælo ſudantes rapſodias Epiſcoporum cenſuris ſubtraherent, nil intentatum inauſumque relinquebant, ut quosdam Aulæ Miniſtros in ſuas pertraherent partes, quorum importunitate utriusque tomi refutatio ſupprimeretur: Horum conſiliis aliquamdiu intrepido prorſus pectore obſtiterat Fleuryus, haud ignarus, quod in doctrinæ rebus ſuum proferre judicium Epiſcopis ex jure Divino competeret: Erat inſuper probe memor Regiæ illius declarationis, qua die vigeſima quarta Martii anno hujus ſæculi trigeſimo ſtabilitum(*), quod Rex ſub impoſita ſilentii lege

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

(*) Vide ſupra Tom. 73. pag. 244.

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

lege *nunquam* Epiſcopos pro doctr
puritate vocem extollentes com
hendere voluerit. Nec in ipſa
refutatione, quod carperet Fleury
repererat; hanc enim debita mod
tione fuiſſe concinnatam ipſus fate
tur, illiusque Auctorem ad refelle
hæc anecdota, utpote abominan
infernalium tenebrarum monſtr
ipſus ſollicitabat. Nihilominus ta
non deerant quamplurimi, qui ide
dem inquietiſſimo prætextuum tur
Fleury Cardinalis aures & ani
circumſonarent, exponentes, ad
piendas hujus temporis turbas, &
extinguendas utrinque conten
flammas nil magis eſſe neceſſariu
ut omnia promiſcue ſcripta de m
nis controverſiis edita ſupprimer
Arctabatur Fleuryus, qua Præſul
Religionis officia, & qua Miniſter
Regni commoda, hinc pugnante r
num viciſſitudine, quid decern
dubius hærebat: tandem vero Au
rum ſuaſionibus ceſſit, male perſu
ſe publicæ tranquillitatis ſtudio
Eccleſiæ pacem procuraturum.
tuit ergo quodcunque demum ſcrip
circa præſentes controverſias edi
omnino eſſe ſupprimendum. Hoc c
ſilium, quod quidem non ex volun
tis pravitate, ſed ex pietatis ſpe
ort

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ortum traxerat, Rex ſecutus, die vigeſima ſexta Januarii anno ſequenti per ecretiorem Senatum hæc opuſcula, tanquam ſilentii præcepto contraria ſupprimi juſſit, I. Anecdota, & eorum refutationem II. Epiſcopi Maſſilienſis librum III. Tutellenſis Epiſcopi ſcriptum dogmaticum. IV. Et Clementis, qui ſupremæ Pariſienſis Parlamenti Curiæ a conſiliis erat, librum, quin tamen illius Auctor nominaretur. Quam iniquo autem animo ceteri Franciæ Præſules Siſtaricenſi Epiſcopo illatam injuriam tulerint, ad annum ſequentem referemus. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sub idem tempus Generalis Curiæ Procurator Pariſienſem Archiepiſcopum adorſus, graviſſimis verbis eidem expoſuit, innumera pene mala, ac ingens animorum damnum inde fuiſſe exortum, quod Parochorum non pauci ob appellationes ſuas a Conſtitutione interpoſitas ſuis Miniſteriis fuiſſent amoti. Hujus querelis permotus Archipræſul ſanxit, ut omnes ſuæ Diæceſis Parochi ſive Moliniſtæ, ſive Appellantes, ſive ut vocabant, Re - Appellantes eſſent, ſuas exercerent functiones, quin impoſterum ab eis inquireretur, utrum Conſtitutionem reciperent, necne.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

## §. XXXVIII.

### *Quædam Theſes a Regio Senat proſcriptæ.*

Quamquam Ludovicus XV. Fran Rex novos populi tumultus p timeſcens, Parlamenti ſui audac exilii pœna rurſus plectere nollet, tamen ab immoto ſuo remiſit ſtud quo Sacræ poteſtatis jura laicorum nibus attrectari vetuit, enatasque i controverſias ſoli ſuo judicio refer vit. Eapropter cum anno priori trigeſima prima Decembris Joan Stanhucan Limericenſis in Hyber Presbyter, & Pariſinæ Facul Theologicæ Baccalaureus octo t de Sacræ & civilis poteſtatis limi Præſide Magiſtro ac Sorbonæ Do Joanne Leullier propugnandas ſuſc ret, mox Menſe Januario hujus a præfatæ Facultatis Syndicus in Re Senatus, & Parlamenti Curia com rere juſſus eſt, rationem redditu qua de cauſſa ejusmodi Theſes de permiſiſſet, cum tamen jam anno jus ſæculi trigeſimo primo per ſan ris Senatus decretum omnibus U verſitatibus, cunctisque Facultati ſevere inhibitum fuiſſet, ne ejusm diſputationes ibidem inſtitui conce

re

rent. Auditis Syndici excuſationibus non modo Parlamentum, ſed & Regis Senatus has theſes ſuppreſſit, cunctaque earum exempla ad Regni Cancellarium deferri juſſit. Idem fatum ſubiere theſes, quas Meroniontus Theologiæ Baccalaureus in Sorbonæ Aula die nona Februarii publice tuebatur; altera enim die Regii Conſilii decreto ſuppreſſæ fuerunt, ac Facultati interdictum, ne deinceps publicæ concertationi exponi permitterent ejusmodi theſſeras, quibus priſtinæ innovari poſſent controverſiæ, præcipue cum Rex ſibi reſervaſſet, tam Sacræ quam profanæ poteſtatis jura defendere. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

## §. XXXIX.

### *Binæ propoſitiones ad Pariſinam Facultatem delatæ.*

Eodem hoc anno die prima Martii Sacra Theologiæ Facultas Pariſienſis conſueta ſua habuit comitia, in quibus Magiſter Machetus expoſuit, præterito Menſe in Collegio Graſſinæo a Roberto Baſſelino Baccalaureo Theologiæ, & Profeſſore Philoſophiæ publice propugnatam eſſe hanc theſin: *Nullus ipſorum infantium, cui denegatur æterna felicitas, non propter prævifam conditionate, hoc eſt, ſi vita ſuppeditaviſ-*

Sæc. XVIII A. C. 1733.

*ſet, quam commiſſurus fuiſſet culpam telligitur in maſſa perditionis relinq In ſola Pelagianorum & Semipelagi rum opinione doctrinam illam repud Auguſtinus*, vel Clarius: *Omnes inf quibus denegatur æterna felicitas, int guntur in maſſa perditionis relinqui pter culpam, quam Deus prævidit illos missuros fuiſſe, ſi ad maturam perven ætatem. In ſola Pelagianorum & S pelagianorum opinione doctrinam illam pudiabat ſanctus Auguſtinus.*

His perceptis Facultatis Syndi die prima Martii Deputatos nomi petiit, qui hanc propoſitionem ma examine perpenderent, & in prox comitiis deſuper referrent. Und ergo nominantur Magiſtri, quos t prævenerat Artium Facultas, quantumvis præfata theſis eſſet m Theologica, ſuam tamen cenſ contra illam pronuntiabat. Jus ſ ſibi hac ratione præreptum, vehem ter doluit Facultas Theologica, circa Romignyus Sorbonæ Synd querulas ad Cardinalem Fleuryum Comitem Maurepaſium literas d nec improſpero ſucceſſu; quippe C dinalis pro ſuo in Sorbonam aff eidem potens obtulit patrocinium, e citque, ut Rex juberet, quatenus c ſura lata a Facultate Artium in Fac

ta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tatis tabulis non inſcriberetur, eoquod Auguſtiſſimus Princeps ſibi reſervaſſet, jus pronuntiandi, quid juris eſſet circa negotium, quod inter Sorbonam & Artium Facultatem intercederet. Interim Deputati circa theſis doctrinam deliberarunt, ſuamque mentem Francinio Decano & Comitiorum Præſidi aperuerunt: quo facto ſeptuaginta Magiſtri ſuam dixere ſententiam; in proximis autem comitiis Facultas Theologica ratum habuit id, quod Syndicus occaſione decreti a Facultate Artium pronuntiati egit, dum hæc ſibi jus novum arrogavit damnando ex Baſſelini theſibus propoſitionem mere Theologicam, poſtea cenſuit Fleurio Cardinali epiſtolam nomine Facultatis eſſe ſcribendam, eique grates eſſe rependendas pro potenti ejus protectione: Statuit denique, ut Cardinalis epiſtola plenis in comitiis perlecta, Deputati examen propoſitionis denuntiatæ penitus abſolverent: Auditis igitur eorum judiciis Facultas die vigeſima tertia Junii decretum edidit, in quo primam hujus propoſitionis partem proſcripſit, tanquam *temerariam, falſam, S. Auguſtini doctrinæ contrariam, Semipelagianiſmum aliqua ex parte renovantem.* Alteram vero partem, in quantum innuit, hanc doctrinam a S. Auguſtino in ſola

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Pelagianorum & Semipelagianor
opinione fuiſſe repudiatam, peri
acſi S. Doctor in alio ſenſu eam
miſiſſet, cenſuit Facultas, *illam*
*falſam, & a S. Doctoris principiis om*
*alienam:* Perlecto hoc Decreto Depu
Theologicas propoſuere rationes, q
bus ad ferendam hanc ſententiam p
moti eſſent: Demum vero Facul
hoc ſuum decretum ad Regem per
lit, cujus nomine Comes Maurepa
die vigeſima quarta Junii Compe
has ad Syndicum dedit literas:
*percepto Univerſitatis decreto die vig*
*tertia Junii circa Baſſelini theſin*
*mihi injunxit, ut Rectori ſignificarem,*
*tenus ipſe præfatum decretum vel ad*
*Univerſitatis referri, vel typis edi in*
*hæc Tibi perſcribere juſſus ſum, ut Fa*
*tati Theologiæ ſignifices, quod Rex*
*cauſſæ cognitionem ſibi reſervarit, &*
*in re Facultati, quod juris ei deb*
*redditurus ſit.*

## §. XL.

### *Baſſelini palinodia.*

In eo ſtatu tum erat hæc cauſſa,
die decima octava Auguſti Baſ
nus Syndicum accederet, eique
ptum ſuo chirographo ac Sigillo mu
tum traderet, in quo declarabat, qu

ad mentem & ſententiam Deputatorum pariter ſuam propoſitionem improbaret, ac rejiceret: Altera igitur die Syndicus Facultatem deſuper certiorem reddidit, ſubjungens, hunc Magiſtrum ſibi videri eo majore laude dignum, quo promptius, antequam Sacer Ordo juridice pronuntiaſſet, ipſe prior fuiſſet accuſator ſui, ſuamque aſſertionem, certe reprehenſione & cenſura dignam adeo candide retractaſſet, parcendum igitur perſonæ, ſed nihilominus ad propoſitionis cenſuram eſſe procedendum: His dictis palam coram omnibus Magiſtris prælecta eſt Baſſelini retractatio, hoc tenore: Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„Ego infra ſcriptus Baccalaureus „Theologus & Philoſophiæ Profeſſor „Emeritus in Graſſinæo, declaro coram Sacra Facultate alma matre „mea, me alienum fuiſſe ſemper, & „Deo favente fore, quamdiu vivam, ab „omni hæreſi Pelagianorum, Semipelagianorum &c.

„Quoniam igitur audio propoſitionem iſtam extractam ex Theſibus „meis philoſophicis & ad Facultatem „delatam: *Nullus ipſorum infantium, cui denegatur æterna felicitas non propter prævisam, conditionate, hoc eſt ſi vita ſuppeditaviſſet, quam commiſſurus fuiſſet culpam, intelligitur in maſſa perditionis relin-*

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

*qui. In ſola Pelagianorum & Semipe- gianorum opinione doctrinam iſtam repu- bat Auguſtinus,* Magiſtris Sacræ F- „cultatis Pariſienſis diſplicere & imp- „bari, eo ſenſu ſcilicet, quod ali- „ex parte renovet errorem Semipe- „gianorum & adverſetur doctri- „S. Auguſtini, eam ego pariter i- „probo & rejicio, actumque meæ d- „clarationis poſtulo. Signatum B- „ſelin.„

Abſoluta hujus revocationis lecti- ne Sacra Facultas Baſſelini propoſiti- nem ſequenti cenſura notavit.

„Hæc propoſitio extracta ex T- „ſibus Philoſophicis publice propu- „tis in Graſſinæo arbitro M. Ro- „*Baſſelin*, Baccalaureo Theolog- „Philoſophiæ Profeſſore columna „ma paragrapho 6. & ad Sacrum O- „dinem delata in Comitiis generali- „iisque ordinariis die ſecunda M- „1733 his expreſſa verbis. *N- ipſorum infantium, cui denegatur æt- felicitas, non propter prævi ſam con- nate, hoc eſt ſi vita ſuppeditaviſſet, commiſſurus fuiſſet culpam, intelligit- maſſa perditionis relinqui. In ſola P- gianorum & Semipelagianorum opi- doctrinam illam repudiabat Auguſtinus.*

„Hæc propoſitio quatenus aſſe- „omnes infantes, quibus denegatur

„tern

„ terna felicitas, ob culpam, quam com- Sæc. XVIII.
„ miſſuri fuiſſent, ſi vita ſuppeditaviſſet, A. C. 1733.
„ relinqui in maſſa perditionis, falſa eſt,
„ temeraria, contraria doctrinæ ſancti
„ Auguſtini, erronea & ex parte Semi-
„ pelagianismum renovans, quatenus
„ vero propoſitionis auctor contendit
„ doctrinam in dicta propoſitione con-
„ tentam in ſola Pelagianorum & Se-
„ mipelagianorum opinione fuiſſe a
„ S. Auguſtino repudiatam: declarat
„ eadem S. F. iſtam propoſitionem fal-
„ ſam eſſe, S. Doctori injurioſam & ab
„ ejus principiis omnino alienam, ne-
„ que Sacra Facultas intendit appro-
„ bare alias propoſitiones, quæ in dictis
„ Theſibus leguntur.

*Signatum de Leſtang, Pro-Decanus.*

## §. XLI.

### *Sacræ Facultatis Cenſura contra aliam Theſin de anima.*

Die prima Martii Andreas Magiſter Leſtang Pro - Decanus & comitiorum Præſes aliam Theſin Medicam denuntiabat, in qua hæc agitabatur quæſtio: *An a functionum integritate, mentis ſanitas?* Hæc propoſitio in publica Facultatis Medicæ diſputatione die octava Januarii propugnabatur Præ-

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

Præſide de L'Epine Doctore, ac Facultatis Medicæ Pariſienſis Rectore. Ad examinandam hanc theſin & deductas inde plurimas propoſitiones nominabantur quidem plures Magiſtri, quos inter tamen gravis exorta est contentio, ad quam tollendam Syndicus nil opportunius eſſe cenſebat, quam ſi omnes Deputati pro ſuo erga Facultatem ſtudio ſemel & iterum in Facultatis ædibus convenirent, ea de re acturi. Spopondit vero Syndicus ſe interim curaturum, ut hæ theſes ſingulis Deputatis diſtribuerentur, & ſcriptotenus denuntiatæ traderentur propoſitiones: Annuit Facultas & Magiſtrum Peyroux Carmelitam nominavit, ut Barrini abſentis Deputati vices ageret: die autem quarta Novembris Magiſter de Targny ſenior Deputatis in comitiis expoſuit: „Non „unanimem fuiſſe doctorum Deputatorum circa iſtud negotium ſententiam: eorum vero majorem partem „cenſuiſſe theſim Medicam a Sacra „Facultate minime probari poſſe, ſed „eſſe improbandam ob nonnullas propoſitiones ambiguas, obſcuras & minus accuratas, quæ ſeparatæ & conjunctæ ab aſſertionibus ſuſpicionem „injicerent, auctorem Theſeos qui „*problematis loco quæſtionem de anima* „…

„*mortalitate propoſuiſſe.* Cæterum vi- Sæc. XVIII. A. C. 1733.
„ſum non fuiſſe in eadem theſi aſſer-
„tiones contineri, quæ reipſa verbis a-
„pertis vel impugnent iſtud dogma
„Catholicum, vel illud etiam revocent
„in dubium; quapropter eosdem De-
„putatos non cenſuiſſe operæ pretium
„eſſe, ut theſi cenſura inureretur, ſuf-
„ficere vero ſi a Sacra Facultate im-
„probaretur, atque in commentariis
„ejus inſcriberetur expoſitio auctoris
„Theſeos prout continetur in epiſtola
„quam ipſe typis editam publici juris
„fecit.„

„His auditis Syndicus die decima
„quarta Novembris ajebat, dolere ſe
„plurimum, quod audiri non potuiſ-
„ſet in præcedentibus comitiis. Videri
„ſibi facile adduci poſſe ad concor-
„diam Deputatos, qui circa duo præ-
„cipue capita inter ſe conveniebant,
„alterum parcendum perſonæ, alterum
„improbandam eſſe theſim a Sacra
„facultate, ſi nempe talis idea con-
„cluſionis a Sacra Facultate ferendæ
„fuiſſet propoſita, in qua ſic ſuam men-
„tem declaraſſet Sacer Ordo.

Poſtea prælegebatur Rectoris de l'Epine epiſtola, quam ipſe typis e-ditam in vulgus ſpargebat. Erat au-tem illius tenor ſequens:

„Non

Sæc. XVIII.
A.C. 1733.

„Non ſine ſumma admiratione p
„cepi ſparſos contra me rumores
„theſin a me expoſitam, & ſub m
„præſidio die octava Januarii hoc a
„propugnatam, cui titulus: *An a*
„*ctionum integritate mentis ſanitas?*
„triſtius Viro in honeſtate & religi
„quæ duo a ſe invicem ſejungi h
„poſſe exiſtimo, educato accidere p
„eſt, quam ſi ex mera ſuſpicione c
„fidei integritatem in fama ſua d
„trimentum patitur, eapropter o
„nium hominum infeliciſſimus eſſe
„niſi confiderem in æquitate eoru
„qui cauſſæ merita dijudicando p
„ſunt, quosque, ni me mea fallant
„nia, de puritate, & doctrinæ m
„orthodoxia perſuaſos fore ſpero. I
„accuſationum capita, quæ mihi
„ponuntur, ſunt præcipue duo I.
„ejusmodi ſelegiſſe argumentum, q
„me induceret in neceſſitatem d
„rendi de anima, de ejus eſſentia
„de illis operationibus. II. Me q
„problema animæ ſpiritualitatem,
„mortalitatemque expoſuiſſe.

„Ad primum reſpondeo, Ea
„materiam ſine ullius offenſione h
„usque in noſtris Scholis ceu par
„Phyſiologiæ præcipuam fuiſſe pe
„ctatam, & quidem ſub variis q

„ſtionibus v. g. *an mens ſana in corpore* „*ſano, an principium facultatum ſit anima* &c. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„Præter ipſam vero materiæ dignitatem inſuper me ad ſeligendum „hoc argumentum pertraxit particularis ratio; multis enim perſuaſum „eſt, quod omnes morbi, qui variis „modis caput perturbant, & libertatem auferunt, ſint morbi reipſa mentem inficientes, proin etſi ceteræ corporis functiones in bono ſint ſtatu, „medicina nil operari valeat. Ex hoc „errore provenit, quod mente capti „omni ævo fuerint incluſi, quin eorum affines pro recuperanda eorum „ſanitate vel minimum applicari curarint. Triſtia hæc fata me excitarunt, ut humano generi adeo nocivum errorem impugnarem, atque oſtenderem, quod ejusmodi infirmitates, quæ in ipſa anima ſedem fixiſſe „creduntur, duntaxat in corporis organis ceteroquin bene diſpoſitis hæreant, proin in hoc ſenſu titulus meæ „theſis: *An a functionum integritate mentis ſanitas?* intelligendus ſit.„

„Ad probandum igitur, quod exiſtimatæ intellectus perturbationes ſint „nil niſi veræ internarum Corporis partium indiſpoſitiones, pro certis principiis ſtatui, quod anima non ſit

„capax

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

„ capax pati ejusmodi alteration
„ quales materia per corruptionem p
„ titur, quod diſertis hiſce verbis e
„ preſſi linea 34. Coroll. 4. p. 3. *Nu*
*aeris conſtitutio poteſt aliquid in ſubſtanti*
*cogitantem? Num terræ venenati hal*
*valebunt eam corrumpere? Abſit.*

„ Hæc propoſitio neceſſario ſequ
„ tur ex Aſſertione, quæ legitur
„ primo meo Corollario circa natura
„ Animæ. Ita ejus eſſentiam expr
„ mere, eamque ab eſſentia Corpor
„ diſtinquere ſategi in definitione Vit
„ dicens: *Communio eſt rei extenſæ, m*
*bilis, quæ occupat ſpatium, quæ mutat ſ*
*inde locum, cum ſubſtantia, quæ null*
*loci eſt capax, quæ proin ſedem mutare*
*quit, & tamen quocunque volueris, ill*
*transvolat.*

Sola hæc aſſertio jam me ſatis ſ
„ perque vindicaret contra ſecund
„ objectionem; eſt enim deciſiva, nu
„ latenus æquivoca, & extra om
„ dubium poſita: nihilominus neg
„ tium mihi faceſſere volunt ob h
„ verba primi Corollarii: *Num ext*
*& ſolida gaudeat trina dimenſione,*
*ganti, non eſſe corpoream difficulter p*
*baveris: At corpoream eſſe longe diff*
*lius demonſtraveris. Duo autem hic not*
*velim.* I. Hic non agi niſi de arg
„ mentis Philoſophicis. II. Hanc pr

„ poſiti-

„poſitionem non eſſe *aſſertivam;* quippe „comparavi duntaxat duas propoſitio-„nes contrarias, & priusquam verum „darem reſponſum, id, quod magis „probabile eſt, propono, ſimulque „obſervo, quod ſi una ex parte imma-„terialitas animæ difficulter probatur, „longe difficilius ſit ejus materialita-„tem demonſtrare: dubium ergo hic „duntaxat expono, poſtea autem re-„ſolvo, aut ſaltem clarius mentem „meam explico, dum alibi dico (id „nempe eſt vera *aſſertio*) quod anima „ſit ejusmodi *ſubſtantia cogitans*, quæ „nullo loco conſtringi poteſt, & in „quam aeris diſpoſitio dominari ne-„quit, inde autem manifeſto ſequitur, „quod ſit ſpiritualis, proin longe a me „abſit, quod aſſeram, probari non „poſſe, quod ipſus affirmo, & quod „tanquam abſolute certum adſtruo.,,

„Quantum vero ad immortalita-„tem animæ, verum quidem eſt, me „dixiſſe de Platone: *concupivit potius,* „*quam demonſtravit.* Aſt num Religioni „ſatisfacere poſſet demonſtratio, quam „Plato de immortalitate animæ feciſſe „exiſtimat, inquiens, quod anima, „quæ ex ſe ipſa cauſſa eſt motus ſui, „nunquam perire poſſit, Magis ad veræ „Religionis principia illuſtris hic Phi-„loſophus acceſſit in ſuo Timæo, dum

 „ait,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„ait, quod ſola ſupremi Numinis v„luntas omnibus entibus intelligen„bus immortalitatem tribuerit.„

„Allatis adeo manifeſtis vindici„ſi quis adhuc contendere velit, qu„animæ ſpiritualitatem in propoſiti„mea: Num extenſa &c. problem„loco propoſuerim, non modo rejic„ſed & deteſtor hanc opinionem, qu„mihi imputatur, & ab æquitate „dicum meorum efflagito, ut obſe„vent, hanc opinionem diſertis verb„deſtrui per has duas aſſertiones: ſ„*ſtantia cogitans, & nullius loci capa*

„Quamvis ergo haud dubitem, „ſertiones meas infeſtam adeo inte„pretationem non fuiſſe promerit„dolerem tamen vehementer, ſi „ejusmodi interpretationem anſam „diſſem, & quantumcunque de fi„mei integritate, & mentis meæ pur„tate perſuaſus ſim, me tamen reu„profiterer, ſi de hæreſis ſuſpicion„ex verbis meis convinci poſſem: t„ſtimonio autem meæ conſcientiæ ce„tus ſum, me nihil unquam cogita„aut ſcripſiſſe, Eccleſiæ Catholic„Apoſtolico - Romanæ doctrinis con„trarium, utpote in cujus gremio v„vere & mori deſidero &c.„

„Perlecta hac epiſtola Sacra F„cultas ſequens tulit Judicium; Equ

„ dec

Sæc.XVIII. A. C. 1733.

„dem *hic Doctor teſtatur, alienum eſſe ſe a doctrina perverſa & impia, quæ vel impugnaret immortalitatem animæ non ſecus ac ſi hominum animæ ſimul cum corporibus interirent: vel hanc quæſtionem tanquam dubiam & incertam ſineret in utramque partem agitari, hinc propter fidei ſuæ declarationem, quam in hac eadem epiſtola facit, ejus perſonam intactam Facultas relinquit. Verum attendendo ad contextum Theſeos prout jacet & legitur, prædictam Theſim Medicam vehementer improbat ob plurimas propoſitiones captioſas, temerario auſu inſertas, & ſuſpicionem legentibus injicientes in hac theſi proponi problematis loco quæſtionem de animæ immortalitate.*

*Improbat pariter eadem Facultas hocce principium in eadem theſi contentum;* lo„quendum ut multi, ſentiendum ut „pauci *quod proponitur, & traditur expreſſis verbis ut utilis vitæ regula, quæ ſemper præſto eſſe debet cuicumque, qui ſapere vult &c. ex quo abuſus horrendi in praxi ſequerentur.*

Pronuntiata hac Facultatis ſententia Syndicus expoſuit, ſe recepiſſe Regis epiſtolam, qua vetitum, ne circa hoc negotium ulterior fieret deliberatio, quocirca Facultas nil aliud agendum cenſuit, niſi ut tam Regis, quam hujus Doctoris epiſtola in commentaria Facultatis referrentur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

## §. XLII.

### *Auguſti II. Polonorum Regis ac Sa- xoniæ Electoris obitus.*

Jam anni prioris die decima qua
Octobris Fridericus Auguſtus II. Po-
loniæ Rex & Saxoniæ Elector hab-
Senatu decreverat, ad initium hu-
anni extra ordinem Regni comitia Va-
ſoviæ eſſe celebranda: infauſto aute
prorſus fato accidit, ut Rex adve-
premeretur valetudine, quocirca Pr-
ceres de ejus vita ſolliciti ſuadeba-
ne iniquiſſimo hyemis tempore ardu-
hoc iter Varſoviam usque iniret, q-
vero eis repoſuit: *periculum equide-
cui me expono, probe proſpicio, plus t-
men Regno, populoque meo, quam m-
debeo.* Die igitur decima Januarii Dre-
profectus, ſexta poſt die Varſovia-
venit, ſæpius de magna laſſitud-
conqueri auditus: cum vero e cur-
deſcenderet, dextro poplite in tala-
fimbria implicato antiquum vul-
tam rudi impulſu refricuit, ut copio-
inde ſanguis proflueret, & Rex alte-
gemiſcens animo concideret; quapr-
pter ad lectum delatus, ac intenſiſſim-
capitis doloribus ex interno æſtu au-
oppreſſus eſt, aſt poſt venæ ſectione-
tantum morbi lenimen ſenſit, ut Me-
dicorum

dicorum judicio mortis periculum eluctatus crederetur: quapropter die vigeſima ſexta Januarii comitiis datum eſt initium, & altera die in Mareſchallum electus Ozacowskyus: Hujus Viri electio, utpote Regi gratiſſima, & nullo ferme contradicente peracta haud dubium erat proſperi comitiorum ſucceſſus augurium: brevi tamen ſpes omnis concidit, cum die vigeſima nona Januarii ingraveſcentibus capitis pedisque doloribus moleſta febris per continuas acceſſiones tantopere ingraveſceret, ut pedem totum gangræna inficeret, & extremum vitæ diſcrimen minitaretur: Exiſtimabat quidem Rex hunc morbum haud fore internecinum, ne tamen ſibimetipſi, neve ſaluti ſuæ deeſſet, utcunque tandem ægritudinis fata caderent, expiata conſcientia Sacris morientium Sacramentis expiari voluit. Peracto hoc ponderoſiſſimo omnium negotio, ſepoſitisque omnibus curis ſerio ſeſe ad extremam luctam accinxit, & demum matutino tempore diei primæ Februarii animam exhalavit, anno ætatis ſexageſimo tertio, Regni Polonici trigeſimo ſexto, atque Electoratus Saxonici trigeſimo nono. Princeps erat ſtatura corporis ad dignitatem appoſita præſtans, animi fortitudine, ingenii excellentia, ſcientia-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

rum ubertate, Regia liberalitate magnificentia illo ævo longe cele rimus; in bello victor, in pace P amantiſſimus. Unde merito Com Flemmingen jam anno Chriſti mille ſeptingenteſimo decimo ſexto h Regis merita hoc elogio complexus *Nullus certe Polonorum Rex gener rior, nullus moderatior in patiendis, lus in condonandis injuriis clementior quam modernus Rex, in quo, ſi hominis, a quo nemo mortalium exim nullum tamen in eo vitium Regis re poteſt* Succeſſit defuncto in Ele ratu Fridericus Auguſtus III. ejus lius, a Jagellone Polonorum Rege ſcendens, digniſſimus paternarum tutum hæres.

## §. XLIII.

### *Regni Ordines a Primate con vocati.*

Diſſolutis per obitum Regis com Viennæ, Dresdæ & Varſoviæ funebria ſolemni ac regia pro pompa perſolvebantur, quibus rite actis Primas Regni Theodorus Co Potockius Archiepiſcopus Gnesne qui ex antiquo more ſummam Re blicæ tempore interregni admini defuncti Regis merita & famam

len

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

lenta oratione celebravit, & Ordinum Senatum, ut de electionis negotio deliberaretur, Varſoviam convocavit, interim vero Regni copias Comiti Poniatowskio regendas commiſit, ac demum die vigeſima tertia Februarii in ſignum ſupremæ poteſtatis ſuæ Crucem, ac Mareſcalli baculum præferentibus Miniſtris, in publicum prodiit. Habebantur aliquot Procerum congreſſus, in quibus Menſe Martio *ſub vinculo confœderationis generalis* de ſexaginta & uno articulis pro futura electione conventum eſt, quos Primas, octo Epiſcopi, ducenti nonaginta ſex Senatores ac Provinciarum Legati proprio chirographo, & ſolemni juramento firmabant. Ex his præcipuus erat articulus, quo ſtatutum, neminem niſi Piaſtum, id eſt, indigenam vel natione Polonum, ac Religione Catholicum eſſe eligendum, electionem vero omnino libere, & ſemota omni vi ac violentia eſſe peragendam, eamque die vigeſima quinta Auguſti loco conſueto inter Varſoviam & Wollam eſſe ſuſcipiendam. Inſuper alius Cracoviæ habebatur Conventus ſeu, ut vocant, confœderatio particularis eorum, qui Ductore Palatino & Principe Lubomirskio Spiskio jurarunt, ſe neminem alium electuros, niſi ex Proceribus

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

Polonis eſſet, & cum eis parem co-
tum vitæque ſocietatem fovere velle.
Eo fine Lubomirskius exercitum vi-
ginti millium bellatorum contraxit,
ſub ſpecioſo conſervandæ patriæ liber-
tatis, & prævertendi tumultus obten-
Cracovienſem arcem, ubi theſaurus
Archivum, & Regni inſignia cuſtodi-
bantur, ſuo milite firmavit, dein Z-
borenſis atque Owiezinsckienſis Prin-
cipatuum incolas in ſuas partes pe-
traxit. Inde non pauci tumultuarias
Regis electionem haud temere divin-
bant: ingentes quoque turbas non ſi-
Eccleſiæ, totiusque Europæ diſpendi-
orituras pertimeſcebat Clemens Pon-
tifex, qui a Conisckio Cracovienſi Suf-
fraganeo Romam miſſo de Regis obitu
nec non de turbidis Polonorum con-
ſiliis edoctus, ante comitiorum tempus
paternis literis Primatem ſerio hor-
batur, ut operam daret, quatenus i-
creando Rege Polono Catholicæ Reli-
gionis utilitas, Reipublicæ ſalus, &
populi tranquillitas ſpectaretur.

## §. XLIV.

### *Diſſidia ob diverſos Regni Competitores.*

Duo præcipui erant Polonici ſcepti
Competitores, Fridericus Augu-
ſtus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtus videlicet, Saxoniæ Elector, unicus Regis defuncti Filius: alter Staniſlaus Lescinskyus, qui Polono ſanguine ortus, & Regis Franciæ Socer, Patrem Stanislaum Poloniæ Theſaurarium, Matrem vero ex illuſtri familia Jablonowskia natam habuit, ac etiam olim Caroli XII. Suecorum Regis favore hoc ipſum Regnum Anno 1704. adeptus fuit, ſed paucis poſt annis opibus auxiliisque deſtitutus, de eodem cedere coactus eſt. Hunc vel maxime provehebat Ludovicus XV. Galliarum Rex, obſiſtebant tamen potenter Imperator Carolus, atque Ruſſiæ Imperatrix, ſceptrum ad Auguſtum Saxonem vel in primis trahere contendentes: Præter hos æmulum & Competitorem eſſe ſuſpicabantur nonnulli Principem Lubomirskium, eoquod generali Confœderationi obſiſtens, diſcors fœdus iniiſſet, ac in ſuis literis haud obſcure declaraſſet, nil ſibi acceptius fore, quam ſi Poloniæ corona vel Staniſlai vel ſuo capiti imponeretur. An ſerio, an joco hæc dicta fuerint, in dubio relinquitur, id tamen omnino certum eſt, quod Lubomirskius poſtea ex Senatus conſilio confœderationem ſuam diſſolverit, atque exauctorato ſuo exercitu ſeſe fortiter Primatis conſiliis oppoſuerit. Hic enim Staniſlao ſatis

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

aperte favit, & magna, qua tum p lebat auctoritate non paucos e Polo Magnatibus Lescinskyo concilia Acceſſit etiam omnium pene Ordin conſenſus, qui in id, dato jurejura conſpiraverant, ſe potius bona, vit & ſanguinem profuſuros, quam quam paſſuros, ut neglectis ſuæ N tionis Proceribus ad alienigenam, qu lem Auguſtum Saxonem reputaba Regnum deferretur.

## §. LXV.

### *Exterorum copiæ Regno admota*

Paucis poſt Regis obitum diebus Fra ciæ Regis Oratores Pariſiis ac Vie næ Cæſareis Legatis denuntiaba pacis fœdus diſſolutum cenſeri, ſi Im perator Polonicæ electionis libertate quovis pacto reſtringere tentaret: qu bus tamen reſponſum, Cæſarem pot in id incumbere, ut juxta Majoru exemplar, & Auſtriacam Domum i ter & Rempublicam pacta pluribus re ſæculis firmata, liberum eligendi j & Imperii leges tueri, ac Polonic Nationi aſſerere poſſet. Nihilomin Franciæ Rex in Alſatia, ad Rhenu Moſæ, & in Belgio ingentem contra exercitum, maximum belli apparatu conduxit, ac palam declaravit, Cæſar

Cæſari, ac Ruſſorum Imperatrici bellum denuntiaturum, ſimulac vel unicus miles Regnum Polonicum invaſurus eſſet. Jam prima hæc erant præludia exitialis illius belli, cujus flammis Italia, Polonia, & univerſa pene Europa flagravit: Præprimis vero Cæſar, ut hoſtilem vim, & infeſtas Coſaccorum irruptiones præverteret, exercitum in Sileſia collectum Poloniæ finibus admovit: Anna vero Ruſſorum Imperatrix copias militares in Lithuaniam duxit, ut electionis libertatem adverſus Primatis machinationes protegeret. Hic enim ampliſſimis Gallorum promiſſis ac dignitatibus & bonis in ipſum, ejusque familiam profundendis expugnatus, haud obſcure Stanislao favebat: Magnates quoque facta Regni ampliandi, & recuperandæ Curlandiæ ſpe capti, facile in partes Stanislai conceſſere: Animis ita in Lescinsky favorem diſpoſitis Primas, eique addicti Magnates, ut ceteros eo facilius in ſua pertraherent ſtudia, imminuendæ libertatis, ac hoſtilis invaſionis periculum exaggerabant, clam vero omnia ad privata ſua commoda ſub publicæ utilitatis prætextu inclinare moliebantur, cumque convocationis comitia appropinquarent, de articulis in deliberationem vocandis ſoler-

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733. ſolerter cum ſuis conferebant. Hor... erant quamplurimi, ex quibus tam non niſi præcipuos quinque a Prim... ad Regni Provincias transmiſſos br... vitatis ſtudio adducemus. I. Omn... alienigenæ excludantur. II. Omn... tam Regii quam Lithuani exercit... Præfecti, necnon Poſtarum Magi... ſecta hæretici durante electione ... officiis exuantur. III. Suſpecti, ... extero Principi obnoxii non modo Var... ſovia, ſed toto Regno excedere jubea... tur. IV. Legatis non concedant... excubiæ. V. Nobiles in nobilita... gradu æquales, exteri Principis titu... non utantur.

## §. XLVI.

### *Epiſtolare commercium inter Cæſare... & Primatem.*

Priusquam illuxerat vigeſima ſepti... Aprilis dies pro convocationis co... mitiis deſtinata, Imperator die dec... ma quarta ejusdem menſis Potock... Primati ſinceram ſuam tuendæ liber... tatis Polonicæ voluntatem teſtatam... reddidit, transmiſſis ad illum Vienn... his literis.

„Sicut inter Auguſtam Domum „Auſtriacam tum Regna ac Provin... „cias hæreditatio jure ab Eadem po... „ſeſſas

Sæc. XVIII. A.C. 1733.

„ſeſſas ex una, ac Sereniſſimos Poloniæ Reges, hujusque nominis Rempublicam ex altera parte, arctæ unionis ac amicitiæ vinculum ab aliquot retro ſæculis intercedit, ſolemnibus pactis conventis identidem renovatis innixum: Ita Reverendiſſimam Paternitatem Veſtram latere minime arbitror, Auguſtos Anteceſſores meos nunquam non periclitantisReipublicæ ac Polonicæ libertatis ſcutum extitiſſe.„

„Horum veſtigiis inſiſtens non tantum, ut vetera ligamina utrique parti adeo proficua renovarentur, curam omnem impendi, ſed & promptum me ad eadem opere ipſo implenda obtuli, cum juxta Reverendiſſimæ Paternitatis Veſtræ ac complurium aliorum Magnatum ſenſus ſub finem præterlapſi anni Reipublicæ libertati evidens periculum imminere videbatur, atque ne ego tutamini Ejusdem deſim, a tantæ dignationis patriæque amantibus viris rogabar.„

„Neque vero alia vel tunc mihi mens fuit, vel impoſterum erit, quam benevolum vicinum, fidumque fœderatum Reipublicæ amicæ exhibere, ac collati beneficii gloria contentus non alios, quam qui in Rempublicam inde redundant fructus, unquam

„ca-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„captabo. Conſtantem itaque a[illegible]
„ctum ac providam curam, quæ ju[illegible]
„vota Reverendiſſimæ Paternitatis [illegible]
„ſtræ vivo adhuc Rege tam prope [illegible]
„tetigit, ut viduæ quoque Reipubli[illegible]
„impendam, mearum partium eſſe du[illegible]
„Deeſſem autem præcipuæ obligati[illegible]
„quam cura hæc a me expoſcit, [illegible]
„liberæ electionis jus Reipublicæ co[illegible]
„petens contra quoscumque adver[illegible]
„riorum conatus viribus a Deo m[illegible]
„conceſſis propugnare, ac ne inte[illegible]
„ejusdem quies ſciſſionibus turbet[illegible]
„aut alias contra Regni, quæ j[illegible]
„ſunt Conſtitutiones, minus rite in e[illegible]
„ctionis negotio procedatur, provid[illegible]
„forem paratus.„

„ Tam longe itaque a me abeſt pr[illegible]
„fato liberæ electionis juri quidqu[illegible]
„detrahere, ut potius ne gratum q[illegible]
„dem mihi candidatum aliis me[illegible]
„ad Regium culmen evectum veli[illegible]
„quam quæ cum hoc ipſo liberæ e[illegible]
„ctionis jure, & Regni, quæ ſunt, co[illegible]
„ſtitutionibus conſpirant: Votor[illegible]
„meorum ſumma non niſi eo tende[illegible]
„ut circa perſonam eligendi ſar[illegible]
„tectæque maneant Regni, quæ j[illegible]
„ſunt, conſtitutiones, cæteroquin [illegible]
„tem liberis ac unanimibus Polo[illegible]
„Nationis ſuffragiis ejusmodi Re[illegible]
„quiscumque demum ille ſit, eligat[illegible]

Sæc. XVIII. A.C. 1733.

„a quo nec Reipublicæ libertati periculum, nec vicinis excitandarum
„turbarum metus immineat. Eandem
„quoque fœderatis meis Mentem eſſe,
„nec ulli alio ſcopo copias in finibus
„Regni collocandas unquam inſervituras, Reverendiſſimæ Paternitati
„Veſtræ ſpondere nullus ambigo. Id
„enim tum vetera tum nova pacta
„conventa, quæ me iisdem indiſſolubili vinculo ligant, expoſcunt: Quippe
„quæ cuncta tutamini præſentis Reipublicæ Conſtitutionis, liberæque electionis, tanquam baſi ac fundamento ſuperſtructa fuerunt. Indefeſſus, quem Reverendiſſima Paternitas
„Veſtra quieti, proſperitati ac incrementis patriæ ſuæ per tot annos impendit
„Zelus, dubio penes me locum haud
„relinquit, quin conſilia ſua & opera
„in ſcopum tam ſalutarem promovendum unice ſint collimatura. Ita de
„Deo, Chriſtiano orbe, me ac Patria
„ſua Reverendiſſima Paternitas Veſtra
„optime mereri perget, ac cum ingenti
„nominis ſui fama ſimul primi Principis & optimi civis munia ex aſſe
„adimplebit. Ego autem viciſſim non
„tam verbis quam opere ipſo tam erga
„Reverendiſſimam Paternitatem veſtram, quam erga ſuos grata memoreque mente illa quoque officia recolam,

„lam,

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

„lam, quæ Patriæ ſalutem pro
„quam me tangunt. Cæterum, &

Sub idem tempus Comes de W zeck Cæſareus Orator nomine Im ratoris ſcriptum obtulit, queſtus, q Cæſarea hæc declaratio vel nullate vel ſiniſtra interpretatione a parti ſtudio abreptis Sereniſſimæ Reipubl Polonicæ fuiſſet propoſita, aliu vero conſtet, quod quidam contra factioni addicti omnes artes adhib ſent, ut fidelem ac potentiſſimum deratum Polonicæ Nationi exoſum r derent; pariter etiam in vulgus ſp ſiſſent, Cæſaris ditiones proxim Turcis & Tartaris hoſtiliter eſſe in dendas, proin nullum ab eo auxili ſperandum eſſe: His præmiſſis dec rabat Orator, quod Imperator t quam Polonicæ libertatis Sponſor o nes ſuas vires impenſurus ſit, ne lonica libertas per exterorum vim befactetur: Ipſe vero nec pro ſe, pro ſua Auguſtiſſima Domo ullum teret emolumentum, atque nullum ſceptro excluderet, niſi illum, qui *antea Imperii Polonici Conſtitution Annis* 1704. *&* 1710. *Lublini & S miræ excluſus fuiſſet.* Is erat ipſe Stanislaus, qui Sueciæ Regis pote olim in Regem electus, poſtea in e lium detruſus, ac per leges Regni,

pla

pacta cum Ruſſorum Imperatore inita a Regni jure excluſus fuit: Nec his contentus erat Carolus Imperator, ſed inſuper ad Poloniæ Primatem has dedit literas: Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„Sperabam Celſiſſime Princeps „*Primas*, quod declaratio a me nuper „facta, literæque *Auguſtiſſimi Imperatoris Romanorum* ad Celſitudinem Veſtram directæ, non alium, quam „clara verba ſonant, interpretabuntur „ſenſum.„

„Inaudio contrarium; nam ſicut „antehac ſcripto publicabatur, quod „legati & miniſtri aularum extranearum per declarationes ſuas minis & „terroribus *liberæ electioni* inconvenienti„bus notum faciebant, quod ad Thro„num Polonicum, alium eligere non „permiſſuri ſint, niſi talem, qui illis „ad placitum eſſet: Ita de facto con„trarius ſpargitur rumor, quod nempe „vicinæ ſibi fœdere junctæ potentiæ „ab aliis Reipublicæ colligatis timeant, „diſſeminando quid & a quo cuilibet „illorum eventurum ſit mali & quod „hæc vicinarum potentiarum unio „brevi diſſolvetur tempore.„

„Hinc denuo declarare neceſſe duxi, „quod vicini non timeant, ſed ament „Rempublicam, uti ex nupera ſatis „patet declaratione.„

Sæc. XVIII.
A.C. 1733.

„Quod *liberæ gentis ſuffragia* in ar
„unius ſubjecti limites ad exemp
„aliorum reſtringere nolint, nec
„vi armorum, ſed ſolum qua ve
„mici & confœderati, vi *pactorum*
„*ventorum & fœderum*, iis ſe oppon
„qui contra conſtitutiones & leges,
„cem publicam turbare vellent.
„bent enim ſufficientes a Deo ſibi c
„ceſſas vires, ut & contra quoſcu
„que adverſariorum conatus liber
„electionis jus Reipublicæ propugn
„& ſe ab iis, qui hoc impedire,
„losque contra omnem juſtitiam off
„dere vellent, defendant.„

„Ideoque nec timent, nec terre
„ſed amica conſilia & quidem *vi p*
„*rum & guarantiæ* præbent. Et
„nuo hortantur, ut liberis ac una
„mibus *Poloniæ* ſuffragiis ejusmodi
„quiscumque ille demum ſit, eligatu
„quo *nec Reipublicæ libertati periculum*,
„*vicinis excitandorum motuum metus* im
„neat, nec neceſſe ſit prudentiſſimæ
„futuram electionem congregatæ *lib*
„*tati* novas ulteriores facere declar
„tiones: Sed ut & nunc ita convenia
„ut ſalva maneat *libertas electionis*,
„*Reipublicæ*, ſimulque vicinorum
„totius Europæ.„

„Quod autem de diſſenſu cum *A*
„*guſtiſſimo Imperatore fœdere* junctar
„pote

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„potentiarum ſpargitur, præſentes de- „clarabunt Miniſtri, quod inſeparabiles „ſint, unum idemque ſentiant, & „Rempublicam nequaquam opprimere, „ſed illius libertatem, ejusque leges „ac conſtitutiones illæſas conſervare, „ſicque pacem, & tranquillitatem „Reipublicæ & vicinorum ſemper de- „fendere velint.„

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„Imputet *Reſpublica* ſibi & non vi- „cinis, ſi hæc non conſervabitur; „& ſi *hæc declaratio* non ſatis clara eſt „declarabit eventus.„

Verum ad omnes haſce ſinceras declarationes ſurdas habuit aures Poloniæ Primas, cujus animum iteratæ Gallorum literæ, blanditiæ, ac pollicitationes ampliſſimæ jamjam ineſcabant. Paulutius vero Sedis Apoſtolicæ Nuntius, cum inter tumultuantium clamores & ſtrepitus blandas admonentis voces minime audiri noſſet, Varſovia exceſſit.

## §. XLVII.

### *Turbulenta convocationis comitia.*

In tam turbido ſtatu erant Polonorum res, cum dies vigeſima ſeptima Aprilis appropinquaret, quæ habendis *convocationis*, ut vocant comitiis a Pri-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

mate erat præſtituta. Conveniunt
centi Provinciarum Legati, de Re
electionis tempore acturi, &
ternæ atque externæ ſecuritati per
ceſſaria ſtatuta proſpecturi. Habe
ergo Varſoviæ Seſſiones viginti &
in quarum prima jam altercation
datum eſt initium; quippe Magnat
nonnulli Ozarowskyum, qui in nu
ris comitiis in Imperii Mareſcallum
gebatur, in ſua dignitate venera
trectabant, donec novus eligere
alii ex Legatis extraneum excludi
lebant, eoquod Principes, Polonis
pareant legibus, obſtricti non eſſe
ac propterea juramentum *excluſivum*
teſtabantur, cum in præjudicium
tii cedat, & electionem *illimitatam*
pediat, ac raro vel nunquam in Polo
invectum fuerit. Nec magis pac
erat Seſſio altera diei ſequentis;
enim Diſſidentes ſua quoque ſuffra
ferre vellent, abeſſe juſſi ſunt, re
nantibus autem intimatum, eos,
protinus cederent, e feneſtris eje
iri. In reliquis Seſſionibus diu acr
que altercatum circa Mareſcalli ele
nem, aliis in Sapieham, aliis in S
pionem conſpirantibus: tandem
ambo, cum æqualia ferrent ſuffra
ex ſaniorum ſuaſu juribus ſuis ceſſe
ſuaque vota in Marſalskium Grod

ſem Magnatem contulerunt, qui etiam die ſeptima Maij unanimi calculo electus eſt. His ita peractis Congregati Provinciarum Legati Regio Senatui die duodecima ejusdem menſis ſeſe de more conjunxere, quo facto Januſſius Dux Wisniowiecki Caſtellanus Cracovienſis diſertis verbis caverat, ne in his comitiis quicquam ſtatueretur, quod antiquis legibus præſertim tempore Sigismundi III. & Michaelis Regum ſancitis præjudicaret. Nihilominus Primas confœderationis articulos propoſuit, eosque, quamvis plurium ſuffragiis, uti decuiſſet, nondum approbatos, ſequenti juramenti formula firmari juſſit. *Juro coram Deo omnipotenti, me in proxima electione natione Polonum in Regem electurum, nec ulli factioni in Alienigenæ favorem conſlatæ nomen daturum, ſi per ea libera nationalis Poloni electio quovis modo impediri poſſet. Juro etiam, me omnibus, per quæ Sacroſancta hæc confœderatio turbari vel interrumpi poſſet, pro viribus oppoſiturum, & turbatores pro Patriæ hoſtibus habiturum, nec Sereniſſimi Primatis jus Regem nominandi ullatenus turbaturum, aut Rempublicam ullo pacto in diſſidia & turbas involuturum: ita me Deus adjuvet* &c. Præ ceteris prior Potockius Primas hoc ſacramentum dixit, ac ceteros ad idem præſtandum compulit,

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

pulit. Verum vix ſeptendecim ubi jusjurandum dedere: potiſſimi autem ex Epiſcopis, Senatoribus & Legatis palam declarabant, ſe nonniſi vi actos jurare, de cetero neſcire, quinam articulos juramenti religione firmare juberentur, alii ſalva libertate eligendi, & ſalvis Conſtitutionibus Imperii legibus jurabant, alii ſuffragii ferendi libertatem adimi querebantur, non pauci ſe ejusmodi juramento non obſtringi declarabant, niſi etiam abſentes advocarentur, quamplurimi denique cum potentia ac numero inferiores eſſent, vim veriti re infecta abiere. Præ ceteris Podlachienſis Legatus firmiſſimo pectore ſeſe juramento oppoſuit, & ſuffragii, & vetandi libertatem utpote neceſſariam & fundamentalem Regni legem obſervari, ac concedi poſtulavit, attamen mox omnium bonorum proſcriptio eidem tanquam patriæ proditori, ni ſubito taceret, denuntiata eſt, illi quoque, qui contra juramentum obſtrepebant, vel concitato clamore ne audirentur, impediti, vel contumelioſe habiti, pugnisque contuſi obmuteſcere cogebantur. Nec remiſſior erat altera die contradicentium æſtus, ubi de ſubſcribendis articulis agebatur. Acerrima enim contentio usque ad matutinam alterius diei horam octavam

vam tenuit, & ægre impetrari potuit, ut Confœderationis acta perlegerentur. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„ut quamdiu Poloni pactis conventis „cum exteris initis ſtant, domeſticis „illorum rebus exteri ſeſe haud im- „miſceant, niſi ubi forſan a Reipu- „blicæ concivibus invitentur, ut labo- „ranti patriæ, ac ejusdem in diſcrimen „adductæ libertati ſuccurrant: Ac de- „nique extra omne dubium eſt, non „licere ab iis, quæ mutuo conſenſu „firmata ſunt, uni paciſcentium parti „invita altera recedere, ac proinde „pacis articulos inter præfulgidam Por- „tam, & Sereniſſimam, ac Potentiſ- „ſimam Ruſſorum Autocratricem ſta- „bilitos religioſe, & inviolate utrin- „que adimplendos eſſe.„

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„Quæ cum ita ſint, facile videt „Excellentia veſtra in principiis, ad „quorum normam præſens Regni Po- „loniæ ſtatus perpendendus eſt, con- „cordes penitus eſſe vicinorum huic „Regno Principum animorum ſenſus. „Non minus enim conditionibus pacis „in literis Excellentiæ Veſtræ citatis „expreſſum reperitur, quod laboranti „Polonæ Reipublicæ Ruſſi ab ejus con- „civibus ad id invitati auxiliaribus „Copiis ſuis opem ferre, & poſſint & „debeant, quam prohibitum iisdem con- „ditionibus fuit, ne vim ejus libertati, „aut quieti inferant, aut evaneſcente „periculo, diuturniores, quam par

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

„eſt, moras in peregrino regno
„ſtant. Non ergo niſi id unice di
„rendum ſupereſt, quis ex duobu
„ſibus hucusque memoratis jam
„ſtat: num ille, ubi Ruſſi pericli
„Polonæ libertati ſuccurrere poſ
„& vigore pactorum conventoru
„compluribus jam Annis ſolem
„initorum ad id tenentur, an
„is, ubi juxta antedictos pacis Ar
„los Copias in Poloniæ Regnum
„troducere integrum ipſis haud
„Nemo hucusque diſſeſſus eſt,
„nam libertatem libero interced
„juri, quod vulgo liberum veto
„cupatur, qua præcipuo fulcr
„niti. Regni Primas, Gallis &
„nislao haud ſuſpectus teſtis, id i
„agnovit, cum ſub finem regni u
„defuncti Regis Auguſtiſſimum R
„norum Imperatorem, & Ruſſiæ
„tocratricem repetitis vicibus ſ
„taret, ut Copias ſuas in finibus R
„non alia de cauſſa collocarent,
„quod metus eſſet, ne liberum
„*veto* detrimenti quid capiat,
„ut adeo periclitanti Poloniæ libe
„Copiæ iſtæ eo propiores adeſſe

„Num vanus an juſtus tum
„Primatis metus, noſtrum jam
„eſt expendere. Aſt a ratione
„num foret, id Interregni temp

„Primati qua interregi licitum opi- Sæc. XVIII. A. C. 1733.
„nari, quod Primatis quoque judicio
„Regi haud liceret. Idipſum vero In-
„terregni tempore non tentatum tan-
„tum a Primate, ſed ad effectum per-
„ductum fuiſſe, cujus ſolus metus &
„ſuſpicio eundem Primatem permove-
„rat, ut vivo adhuc Rege, Cæſaream
„& Ruſſorum opem imploraret, in
„comperto eſt, ac ipſemet Primas in
„literis ad concives ſuos, juſtas de
„perverſis ejusmodi, ac violentis au-
„ſis, querelas moventes, datis infi-
„ciari auſus haud fuit.„

„Ne ergo Patriæ libertas a dege-
„neribus ejusdem filiis opprimeretur,
„ſanior civium pars easdem ad Au-
„guſtiſſimum Romanorum Imperato-
„rem & Ruſſiæ Autocratricem preces
„detulit, quas paulo ante Primas &
„complures ex ipſius aſſeclis, cum
„longe minus publicæ libertati pericu-
„lum immineret, ad eosdem detule-
„rant, ſingula hæc facta ſolidiſſimis
„argumentis comprobare in proclivi
„eſt, neque Sereniſſimam & Potentiſ-
„ſimam Ruſſorum Autocratricem alie-
„nam putamus confutandis Gallorum
„falſis aſſertis: complures, quæ in ma-
„nibus ipſius ſunt, Magnatum Poloniæ
„literas tum oppreſſæ a Primate, &
„ejus aſſeclis Patriæ libertatis, tum

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„ implorati vicinorum auxilii indu
„ teſtes præfulgidæ Portæ amice c
„ municare. Ut adeo dubium
„ eſſe nequeat, quin Ruſſi non ut h
„ aut contra Reipublicæ mentem,
„ in detrimentum ejusdem, ſed
„ mici, a Polonis concivibus in
„ ter ſollicitati, & pro tuenda R
„ forma, & libertate Copias ſuas
„ introduxerint; parum ſcilicet
„ fert, num ab exteris, an a prop
„ concivibus reliquorum libertas
„ primatur? Prolixiores juſto fore
„ ſi adhibitas a Primatis Affeclis co
„ diverſa ſentientes minas, ac vim
„ petratasque in ipſo Electionis
„ cædes recenſere in animum ind
„ remus. Quam libera vero & u
„ mis Stanislai prætenſa proclam
„ fuerit vel ex effuſo hac occaſione
„ mano ſanguine plene conſtat.„

„ Sed tam perverſa perpetran
„ a tergo adfuit divina Nemeſis,
„ dunati in unum publicæ libe
„ vindices eandem nova electione
„ ruerunt. Pacate tunc omnia,
„ legum normam peracta ſunt, R
„ huic actui ne quidquam interve
„ tibus: cum Regni Primas contra
„ ab eodem præſtita juramenta ad S
„ nislai proclamationem complur
„ Concivium millibus fruſtra obnite

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„bus procederet, longe a Varſovia ab- Sæc. XVIII.
„erant Ruſſorum auxiliares Copiæ.„ A. C. 1733.

„Perſtitere nihilominus in diſſenſu „ſuo, quibus Patriæ ſalus curæ cordi- „que erat. Ipſi Ruſſis Copiis obviam „iverunt, certiſſimo indicio, ſuopte, „non alieno arbitrio ad id fuiſſe per- „motos. Integrum enim ipſis erat, „vel ad Stanislai exemplum fugam „arripere, vel ad penates ſuos redire: „Cumque dein Sereniſſimum Saxoniæ „Electorem ſolemni ritu Poloniarum „Regem, & Magnum Lithuaniæ Du- „cem proclamarent, incluſi & obſeſſi „Varſoviæ tenebantur Cæſareus Ora- „tor, Ruſſi, Saxonesque Miniſtri, ut „adeo illis nonniſi ex tormentorum bel- „licorum ſtrepitu innoteſceret, quid „ex altera Viſtulæ parte in eodem, „quo Henricus quondam Valeſius ele- „ctus fuerat, campo ageretur.„

„Facile hinc eſt, utrumque Ele- „ctionis actum inter ſe comparare. Non „artibus, non corruptelis, non minis, „non vi, non cædi in Auguſti tertii „Electione locus fuit, aſt Stanislai „proclamatio effuſione humani ſangui- „nis cruentata.„

„Neque vero in opprimenda con- „civium libertate, & turbanda Patriæ „tranquillitate ſubſtitit Aſſeclarum „Stanislai furor, ſacer quoque omnibus

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

„ Gentibus Legatorum Character pe
„ ipſos a contumelia, & inſultibus
„ immunis: Ac eo tandem vel
„ proceſſerunt, ut inaudito exe
„ Palatia exterorum Miniſtrorum h
„ tationi deſtinata militaribus Co
„ belliciſque tormentis aggrederent
„ vi expugnarent, & expugnata d
„ perent. Tam atroces injuriæ,
„ armis contra auctores vindicare
„ ſint, nemo ſane niſi gentium juris
„ nitus ignarus in dubium revoc
„ Tacemus Regni leges, quibus S
„ nislao aditus ad Regium Polonia
„ lium occludebatur, olim Juram
„ & unanimi trium ordinum Regni
„ ſenſu firmatas. Tacemus pacta
„ venta Petro primo Ruſſorum Au
„ cratore, non qua mediatore tan
„ ſed & qua Sponſore interveniente
„ dem in ſenſum inita. Quippe
„ fuſius ſine dubio nomine præſe
„ Ruſſorum Autocratricis, quam
„ pius iſta tangunt, Excellentiæ Ve
„ exponentur. Palam hæc omni
„ ante complures Annos acta ſunt,
„ que eo quod præſulgida Porta,
„ paci, & amicitiæ cum Ruſſis,
„ ſuæ gloriæ, aut exiſtimationi q
„ quam inde detractum putaret.
„ Galli in motivis, quibus injuſto be
„ colorem addere annisi ſunt, va

„tati horum pactorum conventorum „quidquam aliud oppoſuerunt, quam „quod armorum tumultus eadem præ„ceſſerit, quaſi vero tractatus, quos „armorum tumultus præceſſit, inania „nomina forent, ad lubitum Gallorum „impune infringenda, Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„Plura commemorare ſupervaca„neum foret. Exteros a Regio Polo„niæ faſtigio Regni legibus haud ex„cluſos, Regis filium juxta easdem „non pro extero ſed Piaſto, uti lo„quuntur, habendum, ac denique non „ideo hæreditarium Poloniæ Regnum „fieri, quod liberis ſuffragiis filius in „defuncti Patris locum ſurrogetur, „Polonorum Annales faſti, & conſti„tutiones evidenter comprobant, nec „Stanislao ſuffragantur, quæ in Con„vocationis, uti vocant, comitiis minus „rite peracta, ſeu potius vi metuque „injuſte extorta ſunt: Cum non habi„tam fuiſſe in iisdem liberæ vocis ra„tionem Primas ipſe fateri habuerit „neceſſe, & illimitatum Electionis jus „nec ad exteros, nec ad indigenas ul„latenus adſtrictum, cunctisque de Se„natorio, ac Equeſtri ordine compe„tens paucorum Nuntiorum limites „mandati ſui transgredientium arbitrio „nec adimi, nec reſtringi potuiſſe, pa„lam, & pro comperto ſit. In eo

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

„ quipe potiſſima Polonæ liber
„ vis conſiſtit, quod nemo, quiscu
„ demum ille ſit, niſi quem Reg
„ ges excludunt, ſeu indigena, ſe
„ terus, ſeu Regis filius, ſeu ex
„ quam Regio ſanguine prognatus
„ rit, vel liberis Polonæ nobilitatis
„ fragiis haud eligi, vel invitis Pol
„ obtrudi queat. „

„ Quæ cum ita ſint, facillimum
„ Sereniſſimæ ac Potentiſſimæ R
„ rum Autocratici ſuper Polonis re
„ cum præfulgida Porta conven
„ Quam primum enim ſua Polonæ li
„ tati ſecuritas & Reipublicæ quies
„ ſtabit, propenſam eandem certo
„ mus, copias ſuas ex vicino, & a
„ Regno educendi.

„ Neque Neo - Electus Polonia
„ Rex ulla in re erga præfulgidam P
„ tam iis deerit, quæ ab amico P
„ cipe, & bono vicino deſiderari, p
„ queunt. Nos autem juxta paci
„ Auguſtiſſimi Romanorum Imperat
„ Domini Noſtri Clementiſſimi ſen
„ cui nihil prius, nihil antiquius e
„ quam Paſſarovicenſis Pacis juxta p
„ ſarta tectaque conſervare, omn
„ curam, operam, ac officia noſtra
„ cero, & enixo ſtudio eo porro imp
„ demus, quo cuncta ea prævertan
„ unde amici Principes inter ſe coll

„ pl

„poſſent, atque adeo ſopitis contro- Sæc. XVIII.
„verſiis, quibuscumque ſtabilis quies, ac A. C. 1733.
„concordia omni ex parte convaleſcat.

## §. LVI.

### *Anxiæ Pontificis curæ in hac rerum viciſſitudine.*

Tot utrinque argumentis tam Auguſti, quam Stanislai electio ab aliis ut valida propugnabatur, ab aliis tanquam illegitima rejiciebatur, ſolidis quoque totque & tam manifeſte inter ſe pugnantibus etiam rationibus ultro citroque pugnatum eſt pro æquitate belli, tam a Cæſareis, quam a Gallis ſuſcepti, ut Clemens Pontifex, quid hac in re cenſeret, ac decerneret, dubius hæreret; in hac tamen rerum perplexitate communem omnium Patrem agere, & neutram partem amplecti ſtatuit: Nec id tamen integre datum eſt; quippe Cardinalis Cienfuegos Cæſareus Orator nomine Caroli Imperatoris Papam ſummis precibus fatigabat, ut magnam fœni copiam e Ferrarienſi Ducatu in uſum Cæſarei Equitatus extrahi permitteret: Id concedere, æmulationis timor, denegare, indignationis periculum vetare videbatur; nihilominus Pontifex, ſe tantum fœni evehi permiſſurum pollice-

Sæc. XVIII.
A. C, 1733.

batur, quantum huic Provinciæ ſu
eſſet. Attamen hac Pontificis beni
tate audacior factus Cardinalis, m
inſtitit, ut Auſtriacum exercitum
riter frumento juvaret, cum cer
illius pretium a Cæſareis annonæ P
fectis jam confectum eſſet. Ve
huic petito annuere cunctabatur P
tifex, & quidem ob plurimas cauſ
tum præcipue, ne Cæſari contra G
liarum Regem plus nimio favere
deretur, tum quod ea res propriis
ditis haud exiguum damnum, & c
tatis periculum afferre poſſet. C
tamen Pontifex iteratis Cienfuegii
cibus; brevi tamen Papam nimiæ
facilitatis pœnituit; quippe Ponti
ditionis ſubditi plurimum damni a C
ſareo milite pertulerant. Ea de
Clemens vehementer commotus, q
rulas ad Cæſarem dedit literas,
quas tamen nil aliud reſponſum,
temporis rationem neceſſitatemque
cuſare, ſi quid damni præter men
& mandatum ſubditis inferretur:
gebatur poſtmodum communis peri
ſollicitudo, dum jamjam omnia
mentorum, armorumque horrifico
pitu in Italia perſonabant. Nil eq
dem intentatum reliquit Pontifex,
precibus, monitis, literis, Legatio
bus atque obteſtationibus belligera

Pro

Principes ad reſtituendam tranquillitatem permoveret: quibus tamen cum parum ſe proficere cerneret, nil reliquum habebat, niſi ut a Deo pacis Auctore opem auxiliumque in tantis calamitatibus exoraret, ac præſtolaretur. Qua de cauſſa Jubilæum, ut vocant univerſale, aliasque ſupplicationes publicas decrevit, easque anni ſequentis die tertia Decembris indixit, edita ſolemni Conſtitutione, quam his verbis Apoſtolica pietate dignis exorſus eſt. „Eccleſiæ militantis Regimini, „nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio, divina providentia præſidentes, acerbiſſimo ſane, ac pene inexplicabili paterni cordis noſtri mœrore „angimur, dum mentis noſtræ aciem „longe, lateque circumferentes attente „contemplamur, quantis Chriſtiana Res„publica, luctuoſis hiſce temporibus, „fere undique jactetur calamitatum „fluctibus, & procellis, cumque potiſ„ſimum intuemur dirum, atroxque „bellum inter Principes Catholicos non „ita pridem exortum, ac vehementius „in dies recrudeſcens florentiſſimas „Orbis Chriſtiani Provincias, ac po„tentiſſima olim Regna cædibus, rui„nis, excidiis, & vaſtationibus com„plere, ac miſere depaſcere: Et quam„vis de Dominici gregis Salute, ac

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„pu-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„publica tranquillitate ſolliciti,
„eorum, quæ Officii noſtri ratio
„bis poſtulat, humanaque monet
„dentia, prætermittamus, ut tot,
„tisque malis, & ærumnis reme
„quæramus, ac præſertim quidqui
„Nobis eſt virium, & conſilii, in id
„ferre non ceſſemus, quo eorun
„Catholicorum Principum animi
„latis gliſcentibus diſſidiis ad mu
„concordiam revocentur, ac in p
„næ charitatis compagem reſtitu
„tur; quia tamen vani ſunt homi
„conatus, niſi gratiæ cæleſtis ope
„juventur, manus, & oculos cum
„crymis, & gemitu ad eum a
„attollimus, qui altiſſimum poſui
„fugium ſuum, quique concludit
„Mare, & ei dicit: Usque huc ve
„& non procedes amplius, & hic
„fringes tumentes fluctus tuos,
„ipſe pro ſua clementia, in qua p
„cipue confidimus, motus ſedet,
„imminentes repellat tempeſtates,
„vientisque belli, & alia Divinæ
„ultion s flagella a Chriſtifideli
„procul avertat.„

„Quamobrem vos omnes, qu
„curam, & ſollicitudinem noſtram
„pendimus, ad id ipſum conju
„nobiscum precibus a Deo totius co
„ſolationis humiliter efflagitand

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„excitandos duximus. Fugientes igi- Sæc.XVIII. „tur a facie arcus, adeamus cum fidu- A. C. 1733. „cia ad thronum gratiæ, ſciſſis per ve- „ram pœnitentiam cordibus noſtris, „cæleſtem iram, quam iniquitates no- „ſtræ provocaverunt, obſecrationibus, „jejuniis, eleemoſynis, aliisque piis „operibus placare ſtudeamus, ut qui „caſtigat nos propter ſcelera noſtra, „ſalvet nos propter miſericordiam ſuam, „& quam mundus dare non poteſt, po- „pulo ſuo ſupplicanti pacem benigne „largiatur.„

Ceterum Clemens Pontifex die decima nona Maij in Quirinali Sacello, & Hannibal Cardinalis Albanius die vigeſima ſecunda ejusdem Menſis pro defuncto Rege Friderico Auguſto II. ſolemnes exequias celebrari juſſerat, in quarum primis Æneas Sylvius Piccolomineus Baſilicæ Liberianæ Canonicus & honorarius Pontificis Cubicularius, in ſecundis vero Joſephus Simonius Aſſemanus Bibliothecæ Vaticanæ ſecundus Cuſtos & Baſilicæ Principis Apoſtolorum Presbyter Beneficiatus luculentam habuere orationem, quæ utraque Romæ a Joanne Maria Salvionio Vaticano Typographo hoc anno edita prodiit.

§. LVII.

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

## §. LVII.

### *Aliæ Controverſiæ Clementi XI motæ.*

Præterea occaſione bellicorum tum tuum eodem hoc anno priſtina P cipum diſſidia recruduere, nova fuerunt exorta: Præprimis jam a priori Hiſpaniarum Rex pecuniæ inopia preſſus, a Regni ſui Eccle ſticis ſubſidia colligendi facultatem Papa petiit, datam vero repulſam eo acerbius tulit, quo magis ad midandos imminentis belli appar pecuniariis indigeret ſuppetiis. vero novum indignationis argument eoquod Carolus Borbonius Hi Regis Filius Caſtrum & Roncilion Ducatus ſibi tanquam hæredi reſti a Papa per Comitem de Porta Pro ratorem ſuum peteret, & Hiſpan rum Rex Filium in hoc petito pote ſuffulciret. Attamen Clemens Co expoſuit, quatenus Raynutius Parmæ Dux ad preces Philippi Hiſpaniæ Regis, & Etruriæ Ducis anno milleſimo ſexcenteſimo qua geſimo nono utrumque Ducatum Se Apoſtolicæ, quæ directum in eos h buit dominium, pro decies & ſex centenis ac viginti novem millibu

ſeptu

ſeptingentis quinquaginta aureis oppignoraverit, ſibi reſervato jure, hos Ducatus intra octo annorum ſpatium redimendi, hucusque autem hoc pignus nullatenus fuiſſe liberatum, ac proin nullum eſſe amplius recuperationi locum: ſed utrumque hoc Romanæ Eccleſiæ feudum cum dominio directo dudum fuiſſe conſolidatum. Ad hæc vero repoſuit Comes, pecunias ad redimendos hoſce ducatus jamjam eſſe depoſitas, id tamen cum probare non poſſet, & omnino falſum eſſe conſtaret, ex Cardinalium conſilio Pontifex omnibus modis reſiſtendum, & nulla ex parte cedendum cenſuit: quapropter Carolus cognito demum Sedis Apoſtolicæ immoto jure a petitione ſuſceptoque conſilio receſſit. Nec Serenior ſpirabat erga Papam aura in Gallorum Miniſterio; quippe Mallebosius Mareſcallus, ut ſupra meminimus, Avenionenſem Urbem ac Comitatum cingere juſſus, jamjam hoc anno cum exigua militum manu appropinquavit, ac circumquaque ſuos diſpoſuit. Ea res primo nil hoſtile præſeferre videbatur, donec in vicinia copiæ maximo numero accreſcerent, eoque ſenſim procederent, ut ipſam Urbem latiori obſidione cingerent: Inopinæ hujus invaſionis prætextus erat, quod tabacci,

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

bacci, & indicæ telæ, quibus ma-
bus hæc Provincia plurimum abun-
negotiatores ſæpius Gallica fraud-
vectigalia, & non raro illi, qui ve-
merces Regno intuliſſent, in Av-
nem Civitatem velut aſylum conf-
ſent. Hoc Nuntio haud parum
babatur Pontifex, ſed viribus ſuis
fiſus, vim armata vi repellendam
minime cenſuit, Præſuli tamen B-
delmontio, qui eidem Urbi Leg-
Apoſtolicus præerat, negotium d-
ut amica compoſitione tempeſtate-
vertere ſatageret. Hic ergo ad P-
tificis juſſa cum Mallebofio copia-
Ductore colloquitur, rogatque, u-
& armis abſiſteret; rem enim in
ſtatu eſſe, ut utilins, ſalubriusque
mice componi poſſet. Nec ſe diſ-
lem præbuit Mareſcallus; res ig-
tentatur, ſed Pontifici conditiones
feruntur tam duræ, ut Clemens ſe
quaquam eas acceptaturum reſcrib-
utpote auctoritati ſuæ injurioſas
ſuis ſubditis vel maxime noxias.
tamen propterea Bondelmontius
partibus defuit, ac tandem ad e-
liendas comminationes æquiora
poſtularentur, impetravit. Itaque
eo deducta eſt, ut telarum ſerica-
opera, & tabacci ſationes vetaren-
viciſſim vero in damni compenſatio-

quotannis bis centies librarum Franciſcarum millia penderentur, quibus partim ſtipendia militibus enumerata, partim utcunque indemnitati eorum proſpectum, qui ablata tabacci cultura haud exiguum paſſi ſunt detrimentum: cautum inſuper, ut aliquid remitteretur de vectigali, quod impoſitum erat ſerico, Avenione in Franciam transvehendo. His ergo aliisque utrinque conventis, Urbem Galli obſidione metuque liberarunt.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Alia demum contentio ſummo Pontifici enata eſt. Illius occaſio erat hæc: jam anno priori ſummus Pontifex Joſepho natu majori Principi, Cæſareo-Mantuani Gubernatoris Philippi Haſſo-Darmſtadienſis Landgravii Filio gratiam, quam *exſpectativam* vocant, fecit, vi cujus Cathedralis Eccleſiæ Conſtantienſis Præpoſituram, hac dignitate vacante, obtineret: Obſtitit autem Capitulum Cathedrale, eoquod ejusmodi conceſſio non modo Germaniæ Concordatis, ſed & ſpecialibus Cathedralis Capituli privilegiis quoad liberam electionem conceſſis, & ſubinde per plures Pontifices confirmatis adverſaretur: Eapropter Capitulum, ut ſua jura ſarta ſervaret, cum omnibus ferme immediatis Imperii Cathedralibus Eccleſiis huic no-

Sæc. XVIII. A.C. 1733.

minationi interceſſit, & apud Imp torem cauſſam ſuam egit. Suffra tur tamen nominato Principi E Palatinus: nihilominus hoc ann vigeſima ſeptima Januarii a Cæ Aulico Conſilio decretum, ut Imperatoris reſcripta ad Cardin Cienfuegos, ad Joſephum Haſſo-D ſtadienſem Principem, necnon ad ſtantienſem Cathedralis Eccleſiæ poſitum, atque ad Epiſcopum & pitulum hanc in rem data expedire & Palatini Electoris literæ, Capitulorum proteſtationes ad reponerentur.

Eandem ob cauſſam apud Cæ reclamabat Capitulum Cathedrale virenſe contra quemdam Eccleſia nomine de Vreden, qui *Commu* ut vocant Præbendam, quæ per tem Archiepiſcopi Moguntini vac a Clemente Papa inſcio Capitul tinuit, etiamſi Baro Booſs de deck hunc Canonicatum via elec jam antea a Capitulo impetraſſet. vis quoque concertatio erat in S nia occaſione cujusdam Regii de quo ſancitum erat, ut omnes, q tum frumenti reſervatum habe exacte indicarent; cum autem Lo linenſis Epiſcopus immunitatis pri gium cauſſatus, præcepto non obe

peraret, Regis juſſu omne eidem frumentum ablatum eſt. Querebatur Epiſcopus apud ſummum Pontificem, cujus etiam opera & conſilio tam Regi quam Epiſcopo ſatisfactum eſt. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Aſt nondum moleſtiarum finis; quamvis enim Bichio in Cardinalium Senatum adlecto amicitia inter Joannem V. Luſitaniæ Regem & Sedem Apoſtolicam penitus reſtituta videretur, Cavalierius tamen Nuntius Apoſtolicus nondum ad Regis alloquium admittebatur, eoquod pacti Anno 1726. initi Apoſtolicas literas Confirmationis nondum attuliſſet: Ut ergo Pontifex pacis cupidiſſimus, hanc quoque difficultatem ſubmoveret, Cardinalem D'Acunha nominavit Legatum *a Latere*, ut hoc charactere inſignis *pacta conventa* Pontificis nomine, ſuo chirographo firmaret. Quo facto die decima nona Februarii Nuntiaturæ palatium apertum, & Nuntius ad Regis alloquium admiſſus eſt: Haud diu tamen hæc animorum conſenſio ſubſtitit; cum enim Nuntius ex Pontificis mandato Inquiſitionis Tribunal tam in Luſitania, quam in Indiis Orientalibus reſtitui peteret, Rex viciſſim poſtulabat, ut eorum, qui ad Inquiſitionem traherentur, bona fiſco addicerentur, illorumque appellatio ad Regem deferretur, præ-

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

terea etiam Ulyſſiponenſis Patria
ejusque in perpetuum Succeſſore
Cardinalium Collegium inter ce
primi adlegerentur: Haud exiguæ
ficultatis utrumque erat petitum,
rum primum Papa conſtanter neg
alterum vero conceſſit, ea tamen
ut id loco illius eſſet, qui in proxim
inauguratione de more foret nomi
dus, dummodo Patriarcha ante i
promotionem moriatur.

Inſuper etiam Pontifex, ne di
Eccleſiæ ſuis Paſtoribus viduatæ
manerent, cum Rex ad eas quem
nominare pertinaciter negaret, hinc
ter alia privilegia, vi quorum Luſit
Reges jamjam conceſſam a Ponti
bus facultatem haberent, ut a
etiam Epiſcopatuum ceterorumque
cerdotiorum bonis quartam pe
num imponere poſſent, Pont
Joanni Luſitaniæ Regi indulſit,
hæc gratia, omnino ad tertiam us
partem extendi poſſet. Denique
nigne annuit, ut Rex pro ædifica
nova Luſitanæ Nationis Eccleſia a C
ſuo ſubſidia petere valeret. Nec
men ſibi ſatis datum arbitrabatur R
ſed indies nova, & nequidem tolera
interponebat poſtulata, ad quæ tam
cum Papam minime perduci poſſe c
neret, rurſus Nuntio Apoſtolico
ceſſi

ceſſum ad Aulam, & Officii ſui execu- tionem inhibuit. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Inter tot calamitates id unicum ſolatii ſuperfuit Clementi, quod eodem hoc anno Emmanuel Regius Luſitaniæ Princeps cum Rege fratre ſuo in gratiam redierit, & alter Regis Frater Antonius, qui ſacræ militiæ nomen dederat, ac Menſe Septembri præſente Rege primam cæleſtemque hoſtiam Deo obtulerat, omnem operam impenderet, ut Fratrem ſuum cum Sede Apoſtolica plene reconciliaret. Acceſſit etiam ad gaudii cumulum, quod Muley-Achmat Abdas Rahtaman (quod idem ſignificat ac *Servus miſericordiæ*) Marocani Imperatoris Muley-Iſmaelis Filius, qui jam anno priori Romam venerat, Catholicæ Religionis præceptis probe imbutus, die ſexta Martii hoc anno in Baſilica S. Petri Baptismatis fonte authoratus fuerit, impoſito nomine Laurentii Bartholomæi, Trajani, Ludovici: Pontificis vero nomine Cardinales Guadagnius, Albanus, Corſinius, & Aquaviva Luſtrici Sponſoris vices agebant. Aſſignabat eidem Pontifex quolibet Menſe centum aureos, & Corſinius Cardinalis dono dedit quingentos præter alia ſubſidia a variis exteris Principibus conſtituta. Hic Princeps Alcorani commentis a teneris apprime

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

imbutus, Mecham proficiſcebatur, ab Hiſpanis captus Valentiam dedu batur, ubi cum Viris doctis ſæpe ſatus de ſectæ ſuæ veritate dub cæpit: venenum tamen, quod una lacte materno hauſerat, evomere nuit: demum obtenta libertate in lias inde in Africam reverſus eſt, tamen agnitæ veritatis voci ultra ſtendo impar, abjecta Mahometana perſtitioae fidem Catholicam amp ſtatuit, opportunam duntaxat exop occaſionem; nec ea diu abfuit, gente enim Regni neceſſitate ab peratore Parente ſuo in Hiſpaniam gatus mittebatur, ubi Hiſpali cum genti pompa & jubilo exceptus, fecto feliciter Legationis negotio mam contendit, quod animo co perat, fideliter executurus. Sing benevolentia recipitur a Pontifice, tus & victus ſuæ dignitati congrua unde adminiſtratur, Princeps tamen to, quo in Catholicæ Religionis doct erudiebatur, tempore inter Chriſti potiſſimam partem jejuniis & orat bus vacabat. Paulopoſt Marocani peratoris Legatus, qui Romam m erat, unacum pluribus aliis Turcis lutari aqua luſtrabatur, nominatus F dinandus, Alexander, Philippus, plisque muneribus a Papa auctus,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pari liberalitate Pontifex honorabat Jacobum Angliæ Regem, quem vulgo *Prætendentem* nominabant, quippe ineunte hoc anno in Xennium eidem decem, ejus vero Filiis quatuor aureorum millia donabat; natu autem majori, quem Principem de Wallis dicebant, Pontificio diplomate plura ſimul Sacerdotia habendi facultatem dedit; cum autem Anglorum quamplurimi Romæ eſſent, ut majori Regis ſecuritati, & honori proſpiceretur, Pontifex juſſit, ut ante ejus portam peditum centuria, & ante cubiculum ſtationarii milites excubarent, necnon curru incedentem ſatellites comitarentur, obvii quorumcunque currus loco cederent, ac denique Regis famuli gladiis præcincti incederent. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

## §. LVIII.

### *Cadaver Benedicti XIII. Pontificis translatum.*

Ineunte Menſe Februario ſummus Pontifex Corpus defuncti Pontificis Benedicti XIII. ex Vaticana Eccleſia transferri juſſit: Die ergo vigeſima prima ejusdem Menſis, quæ anniverſaria erat obitus ſui, octodecim Cardinales præſente Papa convenerant, & ſolemni Sacro per Cardinalem celebrato Corpus

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

a Cardinale Apoſtolici ærarii Præ- aliisque ex Cardinalibus, apertatur inſpiciebatur, ubi illud plena ac integritate florens repertum eſt, quod ſtatim erecto Notarii inſtrumento testium juratorum teſtimonio confirmabatur. Altera die Corpus in ſolemni feretro collocatum, inter innumeræ confluentis populi multitudinem, tormentorum exploſionem ad Eccleſiam S. Mariæ ſupra Minervam (uti defunctus Papa teſtamento caverat) translatum eſt, per aliquot adhuc dies, confluentis populi pietati ſatisfiet publice in Sacello S. Magdalenæ ex- poſitum.

## §. LIX.

### *Adverſa Miſſionariorum Pekinenſium fata.*

Nondum in Imperio Sinenſi tot Chriſtianorum ſanguine, tot Virorum Apoſtolicorum ſuppliciis ac exilio ſa- tiata erat Mandarinorum rabies; quibus nimis moleſta ipſis erat noverca Im- peratoris clementia, qua adhuc clemen- ter viginti tres Miſſionarios, ceteris omnibus Macaum expulſis, Pekini et Cantone tolerabat: Enimvero hi in- fauſtam ſuorum ſortem miſerti Impera- torem flexo poplite rogabant, ut ...

Ca-

Saec. XVIII. A.C. 1733.

Cantonem reverti permitteret, aſt inſtigantibus Mandarinis ægre obtinere poterant, ut ibidem Procuratorem haberent, qui tamen non alia ſuſciperet negotia, niſi quæ ad exercendam cum Europæis negotiationem neceſſaria forent: Adhuc nimis benigne cum Chriſtianis agi cenſebant Mandarini, quibus conſtitutum erat, Imperatorem eo inducere, ut ejus mandato omnes omnino Sacerdotes, etiam Pekinenſes toto Imperio proſcriberentur: Rem ergo pro more aggrediuntur calumniis, falſis criminationibus, & mendaciis in vulgus ſparſis; Cantonenſes quoque Mandarini libellum Juntſio Imperatori porrigunt, in quo Miſſionarios falſo inſimulant, quod violato jure naturæ nullum parentibus præſertim defunctis honorem exhibeant, clandeſtina contra Regnum cum Europæis conſilia cudant, nimis familiariter cum mulieribus agant, & alia ſexcenta calumniantur, quæ invidia, furor, & impietas dictabant. His faciles aures præbuit Imperator, ac Pekinenſibus, quos adeſſe juſſit, inter cetera exprobravit, quod legem prædicare auſi fuiſſent, quæ Parentibus debitam reverentiam cultumque exhibere prohiberet. Hæc ubi inaudiere Miſſionarii velut fulmine tacti ad tantam proterviam ſuſpenſi

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

hærebant, mox tamen reſumpto an
manifeſta hæc convitia confutab
fuſiusque monſtrabant, crimina ei
pacta non niſi conficta eſſe, nilque
gis a veritate alienum, quam q
nullum Parentibus & Majoribus ho
rem deferri docerent. Provocant e
ad libros ſuos catecheticos, ad do
nam, ad pia funera, ſolemnes e
quias, anniverſariam memoriam,
ſepulcri monumenta, ad preces t
privatas quam publicas necnon ad
lationes, & ſacrificia pro mortuis P
rentibus oblata, ad ipſas denique M
jorum imagines, domi appenſas,
quod præcipuum eſſet, Divinum
manumque honorandi parentes p
ceptum allegant. Obſtupuit Impera
cum hæc ex ipſorum ore perciper
utque in rei veritatem, & accuſa
num falſitatem veniret, juſſit ſibi e
hiberi libros, in quibus hæc eorum
honorandis Parentibus doctrina & p
cepta continerentur. Proferuntur q
dem libri, & ad varia Tribunalia m
tuntur, quin tamen reſponſum, q
de illis ſentirent, Mandarini aut I
peratori retuliſſent, aut Miſſiona
communicaſſent. Conjectura au
haud levis eſt, calumnias calum
additas fuiſſe; certum enim eſt, q
Imperator Miſſionariis haud ultra
di

ditis univerſalem omnium eorum, etiam Pekinenſium, proſcriptionem ex toto Imperio Sinico decreverit. Parendum ergo erat inhumano mandato, moxque unaomnes protinus convaſatis ſuis utenſilibus, & Eccleſiarum apparatu Macaum abducti ſunt: ſubinde tamen plures generoſo mortis contemptu clam in Chinam rediere, ut miſeros, ſuisque Paſtoribus orbatos Chriſtianos, qui ad carceres, tormenta & neces ubique conquirebantur, ſolarentur, in fidei conſtantia firmarent, & Sacramentis paſcerent.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

## §. LX.

### *Altera Hiſpanorum expeditio contra Mauros Oranenſes.*

Nupera clades Maurorum vires non adeo extenuabat, quin collectis ſuorum triginta millibus Oranum rurſus intercipere decernerent. Eo fine in Hiſpanos, qui militum manu tecti cædendæ materiæ cauſſa proximam petebant ſylvam, identidem irruunt, ac die ſexta Februarii quatuor Hiſpanorum centurias inopino impetu ex inſidiis prorepentes aggrediuntur, cæſaque ligna comburunt. Accurrunt equidem ſuppetias Hiſpani, Urbisque Gubernator ſuis juſſa dat, ut ab hoſte invaſi

Sæc.XVIII.
A.C. 1733.

invaſi fugam ſimularent: Haud m
poſt Mauri aucto ſuorum numero f
cius, quam cautius aggreſſionem
ſtaurant. cumque Hiſpanos retro
dere cernerent, a ſummitate mo
admodum muniti deſcendunt, &
licta ſtatione in Hiſpanos ſtrenue
vehuntur: præter omnem tamen
pectationem a tergo & a fronte
ſtem habent, qui reſiſtentium adve
ora fodiebat, fugientium terga. J
quartam horam atrox tenuit pug
tandem vero Mauri laxatis ordinib
qua cuique ad fugam patebat via,
medios enſes erumpunt. Hærebat
tergis fugientium victor, ſed vix
palma e manibus erepta, dum B
tilla Africani exercitus Imperator c
recenti non minus quam numer
milite advolans pugnam inſtauran
mox Mauri e fuga rurſus in præli
redeunt, atque acri impetu in Hiſ
nos effunduntur: opportune tam
arcis Gubernator nova militum ſ
plementa feſtinanter adduxit, ex
tera parte Marchio de S. Cruce v
das legiones per vias occultas adm
vit. Tum primum Barbari ſe ab ho
undique premi intellexerant, ſuaq
ſigna a media acie abſcindi pertim
ſcentes, non ſenſim ſed citato gra
recedebant, ac tandem beneficii lo
hab-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

habebant, quod turpi fuga ſuæ ſaluti conſulere potuerint. Cecidere Maurorum Turcarumque ſexcenti, magna equorum, armorumque copia victoribus in prædam relicta. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Vix bimeſtre intercеſſerat, cum Mauri reſtauratis viribus Hiſpanos foſſores, qui arcem S. Ferdinandi munierant, adorirentur, duasque centurias numero longe inferiores repellerent: Nec tamen diuturnus, minus vero proficuus erat hujus victoriæ eventus; Marchio enim Villadarius aucto ſuorum numero ſtrenue in hoſtem irruit, & in fugam agit; nec inde tamen territi Africani, undecim equitum peditumque millia colligunt, & tertio prælio Hiſpanos tanto furore & impetu premunt, ut Marchio ſuos ad arcium mœnia ſubducere cogeretur. Fugientem incredibili alacritate inſequuntur Mauri, tamque preſſe eorum tergis inhærent, ut ſuperatis paludibus ambæ acies ita prope cohærerent, ut armis arma pulſarent, mucrones ferme in ora dirigerent: Conſpecto Hiſpanorum periculo mox recentes copiæ aliæ atque aliæ laborantibus ſubveniunt, reſtauratur prælium: Ceſſatur aliquamdiu a neutris, & atrox utrinque pugna, ac par ferme victoriæ & cladis ſucceſſus; jam in ſeptimam diei horam

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

horam prorogatur dimicatio, cum
dem Africani ſclopos ac tubos con
grandinantes, volitantesque gra
ris plumbi pilos ſuſtinendo im
turbatis ordinibus pedem refer
infauſto prorſus fato; quippe in a
ſum Hiſpani equitatus agmen im
vidi incidunt: unde confeſtim o
uno miſcentur interitu, & ut quem
de Barbaris caſus & fortuna in m
dederat, promiſcua cæde tamdiu
ſternuntur, donec Hiſpani cædere
miſeris fugæ locum darent: In acie
ſunt Barbarorum mille quingenti
ex parte Hiſpanorum octingenti
nerati fuere, nonniſi ſedecim interſe
Tantulo impendio ingens victoria
Necdum tamen refriguit Oranum re
perandi aviditas; quippe Mauri
dum tot cladibus ſatis domiti, die
cima Junii tertium prælium ac
quam conſtantius ineunt, laxatis
benis eorum equites in proximas p
langes ruunt, & Hiſpanos non
ad pugnam compoſitos proviſo im
obterere moliuntur; ſed ipſa inc
poſite effuſa multitudo aciem turba
mox ergo Villadarius fati oppor
tate uſurus, laxatos ordines inva
& multa hoſtium cæde invehitur:
mum ſuppetiis auctus, a fronte
tergo Mauros tam fortiter premit,

hi remiſſo pugnandi ardore nonniſi de ſua ſalute ſolliciti in fugam effuſi abirent: Eques, pedesque confuſi ſine Duce, armatis inermes, integris debiles implicantur, & victor Hiſpanis fugientium tergis tam ſtrenue imminet, ut quibus pugnantium ferocia pepercerat, inſequentium rabies penitus deleret. Cæſorum deletorumque hoſtium numerus aſcenderat ad tria millia & amplius: Hiſpanorum minus quam ſeptingenti quatuor deſiderati ac ſaucii. Accepta hac clade nil reliquum erat Africanis, niſi ut crebris velitationibus Hiſpanos laceſſerent, & repentinis aſſultibus armenta abducerent: Majora tamen Africani exeunte hoc anno ab Algerianis adjuti aggrediuntur, & cum decem ſuorum millibus denuo Oranum cingunt; aſt eorum potiſſimi ab Hiſpanis aut capti aut trucidati ſunt, demum omnes diſperſi, qua quemque aut conſilium aut terror impulit, tam præcipiti curſu terga præbuerunt cædenda, ut nullus honeſtum ſaltem vulnus domum referret. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

## §. LXI.

*Continuata Corſorum rebellio.*

Adhuc

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

Adhucdum Corſi contra Genue
tumultuari pergebant, quin v
patriis vel a Cæſareis militibus ad
ſequium reduci poſſent: Eapropter
ria Spinola, qui mortuo Franciſco
ria Balbio in Reipublicæ Ducem
ctus erat, Carolum VI. Imperato
perdemiſſe rogabat, ut validiores
mitteret copias. Hic ergo Duc
Ludovico Duce Wirtenbergico ſex
lia quadringentos qua pedites qua e
tes eo contendere juſſit, quibus
ſeptima Aprilis anno priori appu
rebelles partim cedere coacti, par
ultro ad ſaniora reverſi ſunt, ce
poſt varia certamina undequaque
ſperſis: Ne vero clementiæ locus
eſſet, die decima ſeptima ejus
Menſis univerſalis amneſtia pro
gatur, nec ſine optati ſucceſſus
quippe decimo poſt die rebellionis
pita quosdam Curtam ablegarunt,
cum Genuenſibus de reconciliati
articulis agerent. Conveniunt ergo
dem ex parte Reipublicæ Doria, Vene
ſus, Rivarola, & Gripellus: Cæſaris
tem nomine aderant Ludovicus Wirt
bergæ, & Albertus Brandeburgi D
ces, necnon Schmettavius milit
Prætor: Die ergo decima Maij
Cæſarea cautione, conventio c
Corſis inita eſt, his comprehenſa
ticu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ticulis I. Captivi liberentur II. Corſi pari jure cum Genuenſibus ad officia militaria, nequidem excepta ſuprema belli Præfectura, aſſumantur. III. Collatio Beneficiorum ſit penes quamlibet Eccleſiam. IV. Præcipuæ Regni Corſici familiæ Nobilitati Genuenſi adſcribantur, ac propterea tam Genuæ, quam Baſtiæ *aureus*, ut vocant, *liber* aſſervetur. V. Quatuor ex octo Epiſcopatibus natione Corſis conferantur. VI. Corſis integrum ſit, ſcholas & ſeminaria propriis ſumptibus erigere. VII. Fas ſit illis ad Mediolanenſe Tribunal appellare, & ſi Genuenſes his articulis ſtare nollent, ad Cæſarem ceu Sponſorem recurrere. Firmatis utrinque hiſce pactis quatuor illa ſeditionis Capita nuper Baſtiæ capta, ſcilicet, Ludovicus Giafferius, Simon Aſtallus, Hieronymus Ciaccaldus, & P. Raphael juſſu Wirtenbergici Ducis non per *Sbiros*, ut vocant, ſed per quinquaginta Cæſareos milites Genuam, & inde Savonam abducti ſunt, ſingulari quidem humanitate excepti, nondum tamen in libertatem aſſerti. Ea res vel maxime offendit Cæſarem, qui pacta fide integra adimpleri petiit, juſſitque, ut Cæſareæ cohortes ſub Wachtendonckio in Corſica ſubſiſterent, donec conventis plene ſatisfactum

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

 eſſet:

Sæc. XVIII.
A.C. 1733.

eſſet: Ineunte igitur hoc anno
modo capti quatuor rebelles libe
redditi, ſed nova Regiminis forma
tuo conſenſu promulgata eſt, quæ
præcipue articulos complecteba
I. Sit omnium præteritorum o
etiam pro illis, qui anni prioris M
Junio præfixum terminum neg
runt. II. Corſi a ferendis belli
penſis eximantur, nec rebelles vo
tur. III. Contributiones nondum
lutæ usque ad Menſem præfatum
rentis anni remittantur. IV. Co
octodecim Nobilium erigatur, qui
ctis Genuenſis Nobilitatis privile
fruantur, adeo ut coram Senatu
capite ſedere valeant &c. V. Illis
Gubernatoris Aula proprium aſſig
tur cubiculum, quod nulli præter
aut Nobilium officiis decoratos ingr
liceat. VI. Epiſcoporum Corſorum
lectioni non obſiſtatur, & decreta
libertati contraria aboleantur. V
Si Pontifex Roma Viſitatorem Apo
licum miſerit, huic integrum ſit,
Eccleſiaſticas in Corſica diſcute
VIII. Indigenarum ſumptibus Aca
mia erigatur. IX. Corſis Orator
nuæ concedatur, qui in Tribuna
æque ac Nobiles, locum habeat.
Quolibet trimeſtri tres Nationis Dep
tati tanquam artificum & opific
Pr

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Præſides eligantur. XI. Sericæ merces per viginti annos a vectigali eximantur. XII. Baſtiæ & Ajaccii duo alantur Centuriones natione Corſi. XIII. Pro pauperibus captivis ubique conſtituantur Advocati. XIV. Cuilibet Nobili liberum ſit, Conſultorem ſibi conſtituere. XV. Omnes denique Urbes, pagi & Communitates, ſi ſuo officio defuerint omnibus præfatis privilegiis exuantur. Quantumvis hi articuli mutuo conſenſu & applauſu recepti, & Reſpublica Genuenſis pro ſedanda hac rebellione jamjam trigeſies centena aureorum millia expendiſſet, ac præterea in variis præliis Cæſareorum ter mille octingenti, Genuenſium mille quingenti, Corſorum plusquam quinque millia cecidiſſent, adeo tamen hujus rebellionis æſtus non deferbuit, ut etiam electis novis tribus Anteſignanis, Gentilio, Gniaſto, & Petro de Oranno rebelles per plures annos indomitis impotentibusque furiis ubique debacharentur. Acceſſit inſuper ad Genuenſium calamitatem præfervidus cujusdam Prætoris impetus; hic enim duas Gallorum naves intercipi juſſerat, ſuſpicione concepta, quod annonæ & armorum ſuppetiæ pro Corſis adveherentur: Inde vero tanta erat Regis Franciæ indignatio, ut Princeps

Sæc. XVIII. A. C. 1733. Doria culpam humili ſubjectione
precaturus, Pariſios ad Regem ve
juberetur, pluresque Officiales a
niſtri in carceres conjicerentur.

## §. LXII.

### *Imperii Principis dignitas in Abb ad S. Emmeramum reſuſcitata.*

Floret etiamnum Ratisbonæ pe
tuſta & longe celeberrima Abb
SS. Petro & Emmeramo dicata.
ginem ſuam repetit ab anno Ch
ſexcenteſimo quinquageſimo ſec
Condendi autem hujus Aſceteri
caſio erat hæc: Perdite amabat
Theodonis V. (aliis I.) Bavariæ D
Filia Sigebaldum Equeſtris Ordinis
bilem; cum autem illa haud am
inauſpicatum illiciti complexus fr
celare poſſet, Emmeramum prim
ctavienſem, tunc Ratisbonenſem E
ſcopum falſo ſtupri inſimulat. H
ignominiam ulturus Uttæ Frater La
bertus, innoxium Præſulem Ro
profecturum per ſuos ſatellites Hel
dorffii Anno 652. membratim con
juſſit. Detecta autem mulieris ne
tia, ipſoque Cœlo Viri innocen
prodigiis atteſtante, Corpus ejus p
mo Aſchaimii depoſitum, poſtea
tisbonam ſecunda Iſara, adverſo

mum Danubio transvectum, in S. Georgii Eccleſia tumulatum eſt, ipſo etiam Theodone pompam ducente, qui inſuper præcipitis judicii culpam expiaturus, præclarum hoc *Monaſterium* in honorem præfati ſancti hujus Martyris *extrui curavit*, advocatis ad perſolvendas Dei laudes Ord. S. Benedicti Aſſeclis. Hæc erant prima fundamenta hujus Abbatiæ, doctrinæ fama, & Religionis Zelo in paucis venerandæ. Evoluto ferme ſæculo Simpertus Ratisbonenſis Epiſcopus illam magnificentius extruxit: inſigniorem quoque reddere ambiebat Arnulphus Imperator, ejusque Succeſſores Auguſtiſſimi, collatis largis muneribus, conceſſisque gratioſe variis exemptionibus privilegiis ac gratiis. Has inter longe ſpectatiſſima eſt Imperialis ac exempti Principis prærogativa, qua Abbates ob meritorum præſtantiam ab Jmperatoribus decorati fuere, & quidem jam Anno Domini 1295. ab Adolpho, Anno 1307. ab Alberto I. Anno 1315. a Ludovico Bavaro, Anno 1354. a Carolo IV. Annis 1386. & 1396. a Wenceslao, & denique Anno 1431. a Sigismundo Imperatore glorioſiſſimo. Per tot igitur retro ſæcula Abbates ad S. Emmeramum inter Imperii Principes honorificum habebant locum, ſuis

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

meritis haud imparem. Injuria au temporum accidit, ut Abbatum n nulli Cæſarea hac gratia uti vel poſſent, vel non vellent; unde ſe hanc prærogativam oblivio ac ne ctus pene oppreſſit. Inſigne tame domeſticum hoc decus, quod tota P deceſſorum ſuorum ſeries promer in ſe, ſuisque Succeſſoribus reſuſci dum cenſuit Majoribus ſuis digniſſi Abbas Anſelmus Godin de Tamp Eo igitur fine ſupplices ad Carolum Imperatorem dedit literas, adju quoque originalia Cæſarum Regum diplomata, quibus iterato confirm hujus dignitatis certitudo verita patefieret, ſimulque conſtaret, immota fidelitas, & præclara Imp toribus, Romano Imperio & Do Auſtriacæ pacis belliqúe tempor Prædeceſſoribus exhibita obſequia tentis voto vel maxime ſuffragare His omnibus probe penſatis Augu ſimus Imperator Carolus VI. anno jus ſæculi trigeſimo primo die duo cima Maiĳ Anſelmo Abbati, ejus Succeſſoribus in perpetuum hanc tiam conceſſit, aut potius reſuſcita confirmavit, dato deſuper diplom Cæſareo, in quo id palmarium quod Imperator in maximam con juris partem collocarit, integritate

hum

humanitatem, morum candorem, Zelum, virtutes & prudentiam, qua Anſelmus Orator ex pervetuſto juxta ac nobiliſſimo genere ortus emicuit, ac ipſe ejusque Religioſi propenſiſſimam Cæſaris ac Imperii emolumenta procurandi voluntatem continuata Majorum æmulatione profeſſi eſſent. Unde haud immerito amplis admodum encomiis Imperator celebrabat cunctos quoque Anſelmi Prædeceſſores, utpote qui de Imperio optime meriti a prima Monaſterii fundatione inviolata fide ſuam ſubjectionem ac devotionem omni data occaſione erga Romanos Imperatores & Reges, totumque Romanum Imperium teſtatam reddidiſſent, ac propterea digni habiti, ut Imperatores veluti hæreditaria beneficii propagatione per plurima ſæcula inclytam hanc Abbatiam, præclara ipſius decora, & ſingulare incrementum promovere, variisque donationibus, gratiis ac favoribus augere, ac demum Abbates ad Imperii Principum honorem, dignitatem, jura, votum & Seſſionem evehere, confirmare, ac implantare certarent. Veterano itaque meritorum ſuffragio potiſſimum permotus Imperator, non modo hanc dignitatem ratam habuit, ſed de novo Anſelmum Abbatem, ejusque Succeſſores ad priſtinum

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

ſtinum ſtatum, honorem & ſplend
elevatos, ſacri Romani Imperii P
cipes declaravit, ac pro talibus 
nibus cum pleno jure haberi præc
Inſuper Inſignia, quibus hi Abb
ceu Imperii Principes fulgerent, 
ſcripſit, ac demum Frobenio Prin
de Fürſtenberg Cæſareo ad Rati
nenſia comitia Commiſſario Princ
negotium dedit, ut de renovata
gratia cunctos S. R. Imperii Elect
Principes, Status, Conſiliarios,
gatos atque Oratores quampri
certiores redderet, quod & con
ſolemnitate hoc anno die decima 
Martii factum eſt.

## §. LXIII.

### *Varii Proteſtantium motus contr Catholicos.*

Poſtquam Salisburgenſes ruſtici 
tentiorum patrocinio ſuffulti
obtentu Religionis jugum legitimi
Principis impune excuſſerant, pra
exempli, ac liberioris pinquioris
fortunæ ſpes etiam Berchtoldgad
populi fecem induxit, ut anni pr
Menſe Septembri ad *Corpus*, ut voc
*Evangelicorum* ſupplices darent liter
in quibus fatebantur, ſe per integr
annum ſacrilega hypocriſi Relig
Catho

Catholicos fuiſſe mentitos, nunc vero profiteri Lutheri ſectam: Rogabant itaque, ut ipſis conſilium daretur, qua via cum ſuis uxoribus, liberis, & opificii inſtrumentis impune emigrare poſſent. Ut ergo Julius Henricus de Rehlingen Baro de Radau S. R. J. Princeps ac Præpoſitus Berchtoldgadenſis ſuam ditionem expurgaret, eis (prout ipſi petebant) ad Brunsvicenſis Electoris terras emigrare indulſit, prohibuit tamen, ne Norimbergæ Sedem figerent. Hac ipſa reſtrictione conceſſam emigrationis libertatem violari, pro more inclamabanr Proteſtantes Legati, incaſſum tamen:

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Luculento magis ſpecimine quidam Superioris Auſtriæ ruſtici teſtatum reddebant, quod nullatenus veræ Religionis ſtudio animati, fidem Catholicam ejurarint, ſed duntaxat Religionis mutatæ obtentu uſi ſint, ut excuſſo debitæ ſubjectionis jugo ſub alieno Principe ſolutioris, uti ſperabant, vitæ licentia frui poſſent; cum enim Imperator eis liberum, publicumque ſectæ ſuæ exercitium, plenamque conſcientiæ libertatem clementiſſime indulgeret, ea tamen lege, ut in Hungariam & Tranſylvaniam migrarent, nihilominus cœlum, terramque movebant, ut Imperatorem eo adigerent, quatenus

Sæc. XVIII
A. C. 1733

ipſis ex ditionibus Auſtriacis e-
dendi facultatem daret: Quid
mum, ut eis, eorumque fauto
ſatisfieret, cum ejusmodi homi
genere agendum, plane igno
cum enim nuper Salisburgenſis
ceps atque Archiepiſcopus re
ſuos ſubditos a vera ſide devios in
tria tolerare nollet, nil intent
inauſumque relinquebatur, ut A
epiſcopus ad concedendam eis
ſectæ intra Alpium fines libere
cendæ facultatem concederet; i
huic eorum petitioni major ro
atque efficaciæ ſpecies adderetur,
ponebatur, emigrationem ad al
ditiones ipſi etiam Archiepiſcopo
commercio ac ærario maxime no
fore; excedentibus enim tot ſub
rum millibus patriam neceſſaria
ſione, cultura &c. deſtitui, ad e
dum autem hoc damnum nil ex
tius, magisque proficuum fore,
„impoſterum oriri unquam pot-
„ad Nos & Sedem Apoſtolicam
„cantes, ac penitus ſupprimen-
„extinguentes, ac ſuper eis p-
„tuum ſilentium imponentes: D-
„proprio & ex certa ſcientia, n-
„Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine
„ſtris, reſolutionem ſeu decretum
„perius expreſſum & enuntiatum

„deinceps ſemper & perpetuo vigeret, Sæc. XVIII.
„& ubique locorum a primo dictis Cle- A. C. 1733.
„ricis Regularibus, illorum Præpoſito
„& Procuratore Generalibus, cæteris-
„que Superioribus & perſonis quibus-
„cumque obſervaretur, dicta Apoſto-
„lica auctoritate perpetuo confirma-
„verimus & approbaverimus; & ne
„impoſterum quisquam ubivis locorum,
„& gentium contra præmiſſa novas
„controverſias & diſſenſiones excitare,
„primodictisque Clericis Regularibus
„de his moleſtiam aliquam inferre au-
„deret, quæ a dicta Congregatione
„particulari explicata & reſoluta fue-
„rant, & a Nobis adprobata, dicta-
„que reſolutione ſeu decreto contine-
„bantur ſtatutorum & literarum Apo-
„ſtolicarum tam ſub plumbo, quam in
„forma Brevis hujusmodi, eſſe verum,
„germanum, ſincerum & indubium
„ſenſum; idque omne a quibuscum-
„que etiam ſpeciali nota dignis, &
„vigore Conſtitutionum Apoſtolicarum
„noſtrarumque & Cancellariæ Apoſto-
„licæ regularum, ſpecialiter & indi-
„vidue exprimendis, etiam dictæ S.R.E.
„Cardinalibus, locorum Ordinariis, ac
„quorumvis Ordinum etiam Mendi-
„cantium & militarium, necnon etiam
„Congregationum quarumcumque alio-
„rum Clericorum Regularium, etiam

Sæc. XVIII
A. C. 1733.

„ Societatis Jeſu, & cujusvis alt
„ regularis Inſtituti perſonis Regu
„ bus omnino ſervandum eſſe: ne
„ eisdem ſtatutis & literis Apoſto
„ ſuperius expreſſis ullam aliam in
„ pretationem tribui poſſe, neque
„ mo dictis Clericis Regularibus ea
„ ſtatutis, literisque Apoſtolicis iſt
„ conceſſis præſertim dicti Pau
„ Prædeceſſoris, Scientias Majores
„ fiteri unquam interdictum & vet
„ fuiſſe; imo etiam in ſuis publicis S
„ lis easdem ſcientias Majores
„ leſcentibus cujuscumque ordin
„ conditionis tradere & prælege
„ cuiſſe & licere, Apoſtolica au
„ tate prædicta decrevimus & de
„ ravimus; prout in noſtris deſuper
„ datum Romæ apud ſanctam Ma
„ Majorem Anno Incarnationis Do
„ nicæ 1731. Kal. Maij Pontific
„ Noſtri Anno primo vulgatis,
„ pientibus: *Nobis, quibus*&c liter
„ tiam plenius & uberius contine

„ Et licet primo dicti Clerici
„ gulares, quibuscumque diſſenſi
„ bus & controverſiis per Nos, ut
„ fertur, de medio ſublatis & ſupp
„ ſis, Scientias Majores adoleſcen
„ cujusvis conditionis & ordinis ubiq
„ locorum publice & libere tradere p
„ ſperarent; nihilominus ob prætenſ

„ ..

Sæc. XVIII. A.C. 1733.

„extraordinarium ab Univerſitate ſeu „Academia Vilnenſi prædicta receſſum „(ut aſſerebatur) plurium adoleſcen-„tium, liberalibus diſciplinis & ſcien-„tiis operam navantium, illorumque „ad Scholas Pias, per primo dictos „Clericos Regulares in prædicta Civi-„tate Vilnenſi apertas & exercitas, „acceſſum pro parte Clericorum Regu-„larium Societatis Jeſu dictæ Civita-„tis Vilnenſis, prætendentium, dictas „noſtras literas eamdem Civitatem „Vilnenſem minime comprehendere; „& decretum, per Benedictum Præ-„deceſſorem jam memoratum ut præ-„fertur, confirmatum & approbatum, „quaſi per easdem noſtras literas mi-„nime abrogatum, adhuc viribus ſub-„ſiſtere, ac Univerſitati ſeu Academiæ „prædictæ, privative quoad alios quos-„cunque, graviores ſcientias tradere „competere, his & cauſſa in partibus „coram dilecto quoque filio & Sedis „prædictæ Nuncio noſtro, apud Illu-„ſtrem Poloniæ Regem commorante „inter dictos Clericos Regulares So-„cietatis Jeſu ex una, & primodictos „Clericos Regulares ex altera partibus, „ſuper obſervatione memorati decreti „introducta extitit: ac dictus Nuncius „noſter provide conſiderans, inſtan-„tiam dictorum Clericorum Regularium

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

",Societatis Jeſu adverſus dictas no
", literas, motu, ſcientia & pote
,, plenitudine prædictis, ut præſer
,, expeditas, eſſe promotam; ide
,, ſuper ea animum noſtrum requ
,, exiſtimavit: Nosque ſuper hac re
,, ture procedere volentes, eam
,, Congregationem particularem,
,, licet Leandri & Petri Aloyſii C
,, nalium, & dilecti filii noſtri Jo
,, Antonii dictæ S. R. E. Presby
,, Cardinalis Guadagni, primodict
,, Clericorum Regularium Protecto
,, in prædicti Proſperi Cardinalis
,, functi locum ſuffecti adſignato e
,, tiam dicto Nazianzeno Archiepi
,, in Secretarium, iterum inſtitui
,, illique Clericorum Regularium
,, cietatis Jeſu Civitatis Vilnenſis
,, Univerſitatis ſeu Academiæ hu
,, modi privilegia, ac primodictum
,, cretum, literasque Benedicti P
,, deceſſoris pro ejus confirmatione
,, præfertur, editas hujusmodi,
,, non rationes per eosdem Cle
,, Regulares Societatis Jeſu in ſcrip
,, allatas, examinandi præcipuam
,, ram commiſimus. Et dicta Cong
,, gatio particularis die 9. Menſis S
,, ptembris Anni proxime præteriti
,, auditis primodictis Clericis Regu
,, ribus, qui a Scholis Piis denomin

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„tur, ac mature rimata ſcriptura le- Sæc. XVIII.
„gali Univerſitatis ſeu Academiæ Vil- A. C. 1733.
„nenſis Clericorum Regularium Socie-
„tatis Jeſu, a prædicto Nuncio noſtro
„transmiſſa, ac dilecto filio Procura-
„tore Generali dictorum Clericorum
„Regularium Societatis Jeſu requiſito,
„conſulendum eſſe Nobis, quod ſcri-
„beretur per literas Secretariæ noſtræ
„Status eidem Nuncio noſtro, decre-
„tum prædictum dicto Anno 1727. in
„cauſſa Vilnenſi aperitionis Domus &
„Scholarum Piarum emanatum, ac
„literas Apoſtolicas dicti Benedicti Præ-
„deceſſoris ſuper ejus confirmatione in
„forma Brevis, ut præfertur, expe-
„ditas: Non obſtare primodictis Cleri-
„cis Regularibus ad effectum aperiendi
„in Civitate Vilnenſi Scholas Publi-
„cas, etiam Scientiarum Majorum,
„attenta Conſtitutione ac declaratione
„noſtris prædictis ſub die 1. Maij Anno
„1731. emanatis, ad formam tamen
„ejusdem conſtitutionis: Neque con-
„ſtare de prætenſa privativa Univerſi-
„tatis ſeu Academiæ Vilnenſis quoad
„ſcientias Philoſophicas & Theologicas,
„etiam morales, aliasque etiam infe-
„riores, cenſuit: Factaque deinde per
„dictum Archiepiſcopum eadem die
„9. Septembris de hac ultima reſolu-
„tione, ſeu decreto prædictæ Congre-

Sæc. XVIII A. C. 1733.

„gationis particularis, Nobis re
„ne, illi benigne annuimus,
„ultimodictam reſolutionem ſe
„cretum pro ejus adimplemento,
„dicto Nuncio noſtro transmitti
„davimus: dictusque Nuncius
„ultimodictæ reſolutioni ſeu de
„ſibi transmiſſo, ut par erat,
„rens, illud non ſolum voce palam
„cit, ſed etiam ſcriptis prolata for
„ſententia, cujus tenor eſt: *Chriſ*
*mine invocato, pro Tribunali ſedentes,*
*ſolum Deum præ oculis habentes, per*
*noſtram definitivam ſententiam, quam*
*his ſcriptis ferimus in cauſſa & ca*
*quæ primo & in prima coram nobis,*
*alia veriori verſæ fuerunt & vertuntur*
*ſtantia, inter Rev. P. Sebaſtianum a*
*Stanislao, Procuratorem Generalem*
*ſarum Clericorum Regularium Matris*
*Scholarum Piarum Provinciæ Poloniæ*
*Lithuaniæ, nomine, de quo in Actis,*
*rem ex una: & Rev. P. Paulum S*
*leuski, Procuratorem Generalem Co*
*rum Provinciæ Lithuaniæ Societatis*
*nomine pariter, de quo in Actis,*
*conventum ex altera, partibus, de &*
*per obſervatione & executione Conſtitutio*
*nis Sanctiſſimi Domini Noſtri Clemen*
*Papæ XII. ſub datum Kalendis Maij 17*
*editæ favore Clericorum Regularium Pa*
*perum Matris Dei, qui a Scholis Piis*

no-

*nominantur, rebusque aliis in actis cauſſæ & cauſſarum hujusmodi, ad quæ &c. dicimus, declaramus, & definitive ſententiamus, ſupraſcriptam Conſtitutionem Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ ad literam, & prout ſonat, fore, & eſſe exequendam, & in omnibus & per omnia obſervandam, prout per præſentes exequi & obſervari volumus & mandamus; ſignanter declarantes in caſu, licuiſſe Clericis Regularibus Pauperibus Matris Dei, a Scholis Piis denominatis, Domus Vilnenſis Publicas Scholas aperire, ac etiam licere Scientias Majores in prædictis ſuis Scholis publicis tradere, & in easdem pueros Nobiles & Divites admittere; & pro præmiſſorum effectu mandatum de exequenda, & aliud quodcumque, deſuper neceſſarium & opportunum, decernimus & relaxamus, ac exequi volumus & mandamus &c. Ita pronunciavi Ego C. Archiepiſcopus Iconienſis, Nuncius Apoſtolicus, lata, lecta & publicata &c. Stephanus Skarctyraski Vicecancellarius* Inſuper dicti Clerici „Regulares Societatis Jeſu præmiſſis „minime acquieſcentes, a Nuncio no„ſtro ejusque ſententia appellationem, „quæ ab eodem Nuncio, prout juris erat, „rejecta fuit, ad Nos, & Apoſtolicam „Sedem interpoſuerunt.„

Sæc. XVIII. A.C. 1733.

„Nos igitur, qui quascumque con„tentiones & diffidia a religioſis Fa-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„miliis amovere ſtudemus, eun[illegible]
„Clericorum Regularium Pauper[illegible]
„Matris Dei, præcipue circa illa[illegible]
„Pias Scholas, in Civitate Vil[illegible]
„exiſtentes, tranquillitati & qui[illegible]
„quantum cum Domino poſſumus, c[illegible]
„ſulere cupientes, eosque & eo[illegible]
„ſingulos ſpecialibus favoribus & [illegible]
„tiis proſequi volentes, & a quibus[illegible]
„excommunicationis, ſuſpenſionis[illegible]
„interdicti, aliisque eccleſiaſticis [illegible]
„tentiis, cenſuris & pœnis, a jure [illegible]
„ab homine quavis occaſione vel ca[illegible]
„latis, ſi quibus quomodolibet in[illegible]
„dati exiſtunt, ad effectum præ[illegible]
„tium tantum conſequendum, har[illegible]
„ſerie abſolventes & abſolutos [illegible]
„cenſentes, ac litis & cauſſæ [illegible]
„dictarum inter utrosque Clericos [illegible]
„gulares, olim, ut præfertur, [illegible]
„dentium, ſtatus & merita, & de[illegible]
„dictæ Congregationis prædi[illegible]
„Cardinalium, negotiis Epiſcop[illegible]
„& Regularium præpoſitorum, ut [illegible]
„fertur, emanati, ac literarum [illegible]
„ſtolicarum dicti Benedicti Præd[illegible]
„foris pro illius confirmatione ed[illegible]
„rum, & unius ac alterius Congr[illegible]
„tionis particularis prædictæ reſo[illegible]
„num ſeu decretorum, ac noſtra[illegible]
„per Nos, ut præfertur, editar[illegible]
„ac Pauli Gregorii, Urbani, Alexa[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A.C. 1733.

„& utriusque Clementis Prædeceſſo-
„rum prædictorum, primodictos Cle-
„ricos Regulares quomodolibet reſpi-
„cientium, literarum Apoſtolicarum,
„ac ſtatutorum hujusmodi, & quorum-
„cumque in Capitulis Generalibus pri-
„modictorum Clericorum Regularium
„conditorum decretorum, omnium &
„ſingulorum tenores, etiam veriores,
„ac datas, præſentibus pro plene &
„ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad
„verbum inſertis habentes, nec non
„litem & cauſſam hujusmodi per dictos
„Clericos Regulares, Societatis Jeſu
„contra primodictos Clericos Regula-
„res, in Civitate Vilnenſi commo-
„rantes, ut præfertur, introductas,
„quatenus opus ſit, ad Nos & Sedem
„prædictam avocantes, illasque, &
„appellationem per eosdem Clericos
„Regulares Societatis Jeſu, ut præfer-
„tur, interpoſitam, penitus & omnino
„exſtinguentes & ſupprimentes, ac ſu-
„per eis perpetuum ſilentium impo-
„nentes, motu proprio, & ex certa
„ſcientia; ac deliberatione Noſtris,
„deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitu-
„tudine decretum Congregationis eo-
„rundem Cardinalium, negotiis &
„conſulationibus Epiſcoporum & Re-
„gularium præpoſitorum, ut præfer-
„tur, editarum; & literas Apoſtolicas
„ejus-

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

„ ejuſdem Benedicti Prædeceſſoris
„ per decreti hujuſmodi confirmatio
„ in forma Brevis, confectas, ita ut
„ impoſterum per dictos Clericos
„ gulares Societatis Jeſu in quodc
„ que judicium, vel extra illud,
„ quam deduci poſſint, dicta Apo
„ lica auctoritete tenore præſen
„ perpetuo revocamus, reſcindimus
„ abrogamus. Et ultimo dictam
„ lutionem ſeu decretum per Cong
„ gationem particularem, ut præſer
„ emanatum, & ſententiam deinde
„ eundem Nuncium noſtrum fav
„ primo dictorum Clericorum Regu
„ rium latam, auctoritate noſtra p
„ petuo confirmamus & approbam
„ illiſque perpetuæ & inviolabilis A
„ ſtolicæ firmitatis robur adjicimus,
„ neſque & ſingulos tam juris, qu
„ facti, & ſolemnitatum, ac quoſcu
„ que alios quantumvis ſubſtantia
„ defectus, ſi qui deſuper quomod
„ bet intervenerint, in iiſdem ſu
„ plemus „

„ Ac de prætenſa facultate Uni
„ verſitatis ſeu Academiæ Vilnen
„ publice docendi ſcientias majores p
„ vative quoad alios, minime con
„ tiſſe, minimeque conſtare, & v
„ gore dictarum literarum noſtrarum
„ *Nobis*, *quibus* incipientium, pri
„ dicta

„dictos Clericos Regulares, etiam in „Civitate Vilnenſi Scholas Publicas „retinere: in ibique Scientias etiam „Majores adoleſcentibus cujusvis con„ditionis & ordinis tradere: ac etiam „Collegia, Seminaria, & Convictus „in ſuam curam & regimen recipere, „Apoſtolica auctoritate perpetuo ſta„tuimus & declaramus. Inſuper ea„dem auctoritate, dictam noſtram Con„ſtitutionem in reliquis ibidem expreſ„ſis firmam, ſalvam, & illæſam exiſte„re, & cenſeri debere, quoad omnia „& ſingula, in ea in favorem dictorum „Clericorum Pauperum Matris Dei „contenta, confirmamus, & Vilnæ, „ac ubique locorum inviolabiliter ob„ſervari mandamus: dictamque reſo„lutionem & decretum Congregatio„nis particularis, & memorati Nuncii „noſtri ſententiam, ac prædictas no„ſtras, præſentesque literas, & in eis „contenta & expreſſa quæcumque, „nullo unquam tempore de ſubreptio„nis vel obreptionis, aut nullitatis vi„tio, vel intentionis noſtræ, etiam ex „eo quod cauſſæ, propter quas præ„miſſa emanarunt, coram Nobis vel „alibi adductæ, verificatæ & juſtifi„catæ ac dicti Clerici Regulares So„cietatis Jeſu civitatis Vilnenſis, ac „Univerſitatis ſeu Academiæ prædictæ

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

„Re-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„Rectores ſeu Conſervatores ac ad-
„miniſtratores & quicumque alii
„præmiſſis & circa ea jus vel inter-
„habentes, aut habere prætenden-
„ad id vocati & auditi non fuerin
„conſenſum ſuum eisdem præm
„non præſtiterint: aut alio quovis
„fectu etiam quantumvis magn
„ſubſtantiali, ſive etiam ex eo, q
„in eis ſolemnitates, ac quævis ali
„vanda & adimplenda, ſervata &
„impleta non fuerint aut ex quoc
„que alio capite, etiam in corp
„juris clauſo, & quovis alio præte
„vel cauſſa, etiam quantumvis le
„ma, juſta & privilegiata, ac p
„cum & commune bonum reſpicie
„quæque ad effectum validitatis p
„miſſorum exprimenda foret, no
„impugnari, invalidari, retractari
„jus vel controverſiam vocari, ad
„& terminos juris reduci, aut adve
„illas quodcumque juris vel facti
„gratiæ remedium, aut oris aper
„nem impetrari; neque illas ſub
„busvis ſimilium vel diſſimilium
„tiarum revocationibus, ſuſpenſi
„bus, limitationibus, derogation
„aut aliis contrariis diſpoſition
„comprehendi; ſed ſemper ab illis
„cipi, & quoties illæ emanabunt,
„ties in priſtinum & validiſſim
„ſtatum

Sæc. XVIII. A.C. 1733.

„ſtatum reſtitutas, repoſitas & plenarie redintegratas, ac de novo etiam „quacumque poſteriori data per primodictos Clericos Regulares, a Scholis „Piis denominatos, nunc & pro tempore exiſtentes, quandocumque eligenda, conceſſas: illasque validas „& efficaces fore & eſſe, ſuosque plenarios & integros effectus in omnibus & per omnia fortiri & obtinere, „ac primodictis Clericis, nunc & pro „tempore exiſtentibus, in omnibus & „per omnia pleniſſime ſuffragari; ſicque, & non alias, per quoscumque „judices ordinarios vel delegatos, „quavis auctoritate fungentes, etiam „cauſſarum Palatii Noſtri Apoſtolici „Auditores, & dictæ ſanctæ Romanæ „Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæque „Sedis apud dictum pro tempore exiſtentem illuſtrem Poloniæ Regem „commorantes, alioſque Nuncios, & „quoslibet alios, quavis auctoritate, „poteſtate, prærogativa, honore & „privilegio fungentes, ſublata eis & „eorum cuilibet quavis aliter judicandi, definiendi, & interpretandi „facultate & auctoritate, judicari, definiri & interpretari debere; & quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter

„con-

Sæc. XVIII. „coutigerit attentari, irritum & in
A. C. 1733. „ dccernimus.„

„Non obſtantibus iis omnibus, q
„Nos in eisdem noſtris literis vo
„mus non obſtare, ac Noſtra & C
„cellariæ prædictæ Regula de j
„quæſito non tollendo, ac Conſti
„tionibus & Ordinationibus Apoſt
„cis, dictorumque Clericorum Re
„larium Societatis Jeſu, ac Unive
„tatis ſeu Academiæ prædictæ, eti
„juramento, confirmatione Apoſ
„lica, vel quavis firmitate alia ro
„ratis, ſtatutis, & conſuetudinib
„privilegiis quoque, indultis, & li
„ris Apoſtolicis, de quibus omni
„etiamſi ſpecialis, ſpecifica, expre
„ac individua mentio habenda eſſ
„dictis Clericis Regularibus Socieṫ
„Jeſu ac Univerſitati ſeu Academ
„hujusmodi, illiusque Rectoribus
„Conſervatoribus ac Adminiſtrato
„bus prædictis, aliisque Superiori
„& perſonis quibuscumque alias
„contrarium præmiſſorum quomod
„libet conceſſis, confirmatis, & ap
„probatis.„

Inſuper die undecima Auguſti Pon
tifex indulgentiam plenariam, ac per
petuam conceſſit omnibus rite confeſſ
& S.Communione refectis, qui in fe
ſtis SS. Didaci & Claræ aliquam FF. M
noru

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

norum Conventualium Eccleſiam viſitaverint. Die autem vigeſima octava ejusdem Menſis Ordini FF. Prædicatorum inſigne contulit privilegium, edita ſolemni Conſtitutione, in qua ſingularem ſuam in D. Thomam Aquinatem reverentiam, ſimulque ipſius præfati hujus celeberrimi Ordinis merita plurimum commendabat, in hæc verba: Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„Verbo Dei ſcripto & tradito in„nixam ſcientiam, res divinas, & mo„res, Chriſtiano homine dignos, ad „rectam Eccleſiæ Miniſtrorum inſtitu„tionem, & ſalutem animarum, ſo„lide pertractantem, ejusdem Docto„res ac Miniſtros pietate venerabiles „commendari tunc maxime convenit, „quum ingruente falſorum dogmatum „illuvie fides Catholica, & Chriſtiani „mores, ſupremæ curæ noſtræ com„miſſi, periclitantur: Quo loco Præ„deceſſores Noſtri Romani Pontifices „ſanctum Chriſti Confeſſorem Thomam „Aquinatem Ordinis Prædicatorem, „& Eccleſiæ Doctorem, honoris cauſſa „Angelici cognomento appellatum, „ſemper habuerunt; eum propterea „juſtis laudibus in ſuis diplomatibus „proſequuti, & præſertim Alexander „IV. qui Thomam adhuc viventem per „Dei gratiam theſaurum literalis ſcien-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„ tiæ adeptum pronunciavit:
„ ejus veſtigia ſubinde incurrentes
„ Romani Pontifices ſubſequuti,
„ nes XXII. Clemens VI. Urban
„ Nicolaus V. Pius IV. & Beatus Pi
„ Xyſtus V. Clemens VIII. Paul
„ Alexander VII. Innocentius XI
„ Benedictus XIII. qui omnes uno
„ ore adprobantes in Sacris Ecc
„ faſtis juxta ac magnos Eccleſiæ
„ ctores, Gregorium, Ambroſium
„ guſtinum & Hieronymum, Tho
„ quoque, ut vitæ probitate, &
„ ctioris Theologiæ Scientia vene
„ lem miraque eruditione Eccleſiam
„ clarificantem, ac ſancta operat
„ fæcundantem, coli voluerunt. „
„ Itaque tanti Viri doctrinam
„ Concilliis etiam œcumenicis cele
„ tam, debitis præconiis Reipub
„ cauſſa Nos quoque ornare cupien
„ quum dilectus noſter in Chriſto,
„ Fratris germani filius Nereus ſan
„ Romanæ Eccleſiæ Diaconus Ca
„ nalis ſancti Hadriani, Corſinus n
„ cupatus, necnon æque dilecti O
„ nis Fratrum Prædicatorum Prote
„ flagitantibus ejusdem Ordinis Fra
„ bus Magiſtro & Procuratore Gene
„ libus, Thoma Ripollio & Guiliel
„ Molo, ſubmiſſas preces nobis obt
„ rit, ut præcipuo quodam & ſpeci

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„modo ejuſdem ſancti Viri Doctrinam, „in Gymnaſiis Ordinis eorundem Fratrum Prædicatorum non unis regularibus, ſed etiam externis ſæcularibus Alumnis, illuc ad eam perdiſcendam confluentibus, tradi ſolitam, „pro noſtra erga Beatum Thomam devotione, totumque Ordinem de Eccleſia præclare meritum ſingulari benevolentia, ornare dignaremur, ut „adoleſcentes, aliquo veluti præmio „animati ad Beati Thomæ doctrinam „cum Dei gratia intellectu conſpiciendam, alacrius incumberent; quando„quidem nullum in iisdem Gymnaſiis „præmium, nulla ipſis expedita via pa„teat ad eas Eccleſiæ dignitates con„ſequendas, quæ in Sacræ Paginæ „doctrina lauream, quam vocant li„centiam vel gradum, publice adeptis, „alias de more conferri debent: Nos „hujusmodi precibus, pietate ac juſti„tia ſubnixis, annuere volentes, ad „amplificandum ſub tanto Magiſtro „probæ incorruptæque doctrinæ ſtu„dium juvenes, divino famulatui per „ſacratiores diſciplinas addictos, motu „proprio, ex certa ſcientia, & mera „voluntate noſtra, deque Apoſtolicæ „poteſtatis plenitudine in quibuscum„que Gymnaſiis, Scholis, Studiis, & „Collegiis Ordinis Fratrum Prædica-

Sæc.XVIII.
A.C. 1733.

„torum, extra cæteras Studioru
„neralium Univerſitates erectis v
„rigendis, concedi, extendi, &
„rogari volumus ac decernimus,
„externis quibuſcumque ſæcular
„in iisdem Gymnaſiis Theologicæ
„cultati, toto triennio abſolutam
„ram dantibus omnia & ſingula A
„ſtolica privilegia, ab Anteceſſori
„Noſtris Romanis Pontificibus conce
„juxta conſuetudinem & method
„præſcriptam vel præſcribendam
„eodem Generali Ordinis Prædica
„rum Magiſtro, ut poſt præmiſſum
„ligens probationis examen laurea
„ctoralis ſeu Magiſtralis, Præfec
„tura, Licentia, Baccalaureatus,
„que alii gradus conſueti, in Sa
„Theologia libere & licite conferan
„quos quidem Gradus iis pares
„volumus, qui in hoc noſtro Ar
„gymnaſio & Academia, Roma
„Sapientiæ nuncupata, quibuſcu
„que ſcholaribus ſolemni cæremo
„conferri ſolent: Idemque hoc pri
„legium omnino valere ſtatuimus
„quibuſcumque inſignioribus Civita
„bus & locis, in quibus ſæculares
„venes Theologicæ facultati opera
„daturi, Scholas Ordinis Fratru
„Prædicatorum frequentare permi
„tuntur, ſive pauperes ſive etiam

„vi

Sæc.XVIII. A.C. 1733.

„vites ſint, quos Univerſitatum Offi-
„ciales ad gradus promovere fortaſſe
„recuſaverint; etiamſi alias in iisdem
„locis publicæ hujusmodi & ordina-
„riæ ſtudiorum Univerſitates eis pa-
„teant; ita ut poſtquam iidem ſæcu-
„lares & externi juvenes, ſine præ-
„judicio quorumcumque jurium ipſis
„Univerſitatibus de more perſolven-
„dorum, a qua ſolutione divites eximi
„non debent, ad jam dictos gradus
„ſolemni cæremonia probati ac pro-
„moti fuerint, de eadem re ac facul-
„tate prælegere, diſputare, ac alios
„quoscumque actus ad id neceſſarios
„ubique facere poſſint: omnibusque &
„ſingulis privilegiis, prærogativis, im-
„munitatibus, exemptionibus, libertati-
„bus, præcedentiis, favoribus, gra-
„tiis, & indultis uti, potiri & gau-
„dere poſſint, quibus alii prævio di-
„ligenti examine in ſtudiorum gene-
„ralium Univerſitatibus juxta earun-
„dem leges, ordinationes, uſus, ri-
„tus & mores de jure vel conſuetu-
„dine, aut alias quomodocumque
„utuntur, potiuntur, & gaudent, in
„omnibus & per omnia, nullo prorſus
„diſcrimine, ac ſi gradus ſuos in pu-
„blicis Univerſitatibus, & non alibi,
„accepiſſent.„

Sæc. XVIII, A. C. 1733

Ceterum ſummus Pontifex, ne
ampli hujus privilegii effectus ab æ
mulis ullo pacto præpediri poſſit,
ſecunda Octobris edita alia Conſti
tione teſtatus eſt, ſe magnopere dol
*tenebras a Diſſenſionis filiis offuſas non*
*ex quorundam mentibus ſatis eſſe diſcu*
*ſed plerosque etiam nunc intolerabili pe*
*nacia contendere, cenſuris laudatæ Con*
*tutionis doctrinam Sanctorum Auguſti*
*& Thomæ de Divinæ Gratiæ efficacia*
*perſtrictam.*

Ut ergo nullas charitatis partes
revocandos errantes reliquas facer
omnibus diſtricte & ſub Canonicis p
nis inhibuit, *ne diſputantes, aut*
*tes ſive in Scholis, ſive in Concion*
*ſive ſcriptis editis, ſive aliter propoſi*
*defendant, aut enuncient, quæ ant*
*novatorum calumnias firmare, ac pr*
*vere poſſint, mentem tamen eorundem Pr*
*deceſſorum Noſtrorum compertam hab*
*nolumus aut per Noſtras, aut per ipſo*
*laudes Thomiſticæ Scholæ delatas, qu*
ITERATO NOSTRO JUDICIO COMPRO
MUS ET CONFIRMAMUS, *quidquam*
*detractum cæteris Catholicis Scholis diver*
*ab eadem in explicanda Divinæ gratiæ ef*
*cacia ſentientibus, quarum etiam erga hanc*
*Sanctam Sedem præclara ſunt merita*
*quominus ſententias ea de re tueri pergant*
*quas hactenus palam & libere ubique,*

tam

*tiam in hujus Almæ Urbis luce, docuerunt, & propugnarunt.* Sæc. XVIII. A. C. 1733.

„Pariter ſub iisdem pœnis interdixit Pontifex, ne interim vel ſcribendo, vel docendo vel diſputando, „vel alia qualibet occaſione *notam aut* „*cenſuram* ullam Theologicam iisdem „Scholis *diverſa ſentientibus* inurere, „aut earum ſententias convitiis, & „contumeliis inceſſere audeant, *donec* „*de iisdem controverſiis hæc ſancta Sedes* „*aliquid definiendum, ac pronunciandum* „*cenſuerit.* Pacem ſiquidem, quam „cum veritate diligendam Dominus „præcepit, inter Catholicæ Eccleſiæ „Filios fovere, & communire debemus, & curamus; ut conjunctis diverſarum licet Scholarum ſtudiis firmius ſit adverſus erroris inſidias „præſidium.„

„Propterea locorum Ordinariis, „Inquiſitoribus, cæterisque judicibus „Eccleſiaſticis injungimus, ut altercationes, & contentiones, quæ diſputationis æſtu animos abripiente, in „Chriſtiani populi ſcandala erumpere „poſſent, per Canonica remedia compeſcant; iisdem facultatem ad id neceſſariam, & opportunam impertientes; in contrarium facientibus non „obſtantibus quibuscumque &c.„

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Ita ſummus Pontifex Thomiſta laudibus crebris deprædicatam gratia ex ſe efficaci ſententiam modo a cenſuris immunem voluit, inſuper eam iterato ſuo judicio probavit confirmavitque, eidem ſententiæ diſcordem opinionem inte donec hac in controverſia Sedes ſtolica ſuum judicium pronuntiave convitiis inceſſere vetuit.

Statuit etiam Pontifex, die de ma quinta Septembris, ut FF. Erem S. Auguſtini a correctione Regulari rum Superiorum a Priore ad Pro cialem, & ab hoc ad Generalem vocare debeant, priusquam ad Sed Apoſtolicam appellent: hæc qu Pontificis Conſtitutio die ſeptima cembris ad Fratres Diſcalceatos C gregationis Italiæ & Germaniæ fati Ordinis extenſa fuit. Præte die decima quarta Decembris Pon confirmavit cunctas Confraterni ſub titulo B M. V. ſeptem doloru Superioribus Generalibus Ord. Serv rum B. V. erectas, etſi de earum nonica erectione non conſtiterit.

## §. LXVII.

*Binæ S. Auguſtini epiſtolæ recens in ventæ ac editæ.*

Hi

Hucusque in omnibus editionibus Operum S. Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi deſiderabantur duæ ejusdem S. Doctoris epiſtolæ, quarum altera eſt numero ſecunda ad Optatum Epiſcopum Milevitanum *de natura & origine animæ*, altera vero *de pœnis parvulorum, qui ſine baptismo decedunt*, ſcripta ad Petrum & Abraham. Harum inventionem debemus in conquirendis Veterum Codicibus indefeſſæ ſolertiæ R. R. doctiſſimi juxta ac celeberrimi Godefridi Beſſelii in antiquiſſimo Monaſterio Gottwicenſi Abbatis æterna memoria digniſſimi. Hic anni prioris æſtate unacum eruditiſſimo P. Bernardo Pezio quondam juniores ſuos Monachos, melius ac ſolidius in re literaria & antiquorum Manuſcriptorum cognitione inſtituturus ad locupletiſſimam Abbatiæ ſuæ Bibliothecam conduxit, ac ſingulari diligentia cunctos vetuſtiores Codices ſcriptos attentiſſime excuſſit, & perluſtravit, haud pœnitendo laboris emolumento; quippe præter alia quamplura, in membranaceum Codicem, ni antea prius, certe Sæculo XII. ſcriptum incidit, eoque evoluto utramque hanc S. Auguſtini epiſtolam reperit: Has ergo totius Eccleſiæ Reipublicæ literariæ commodo evulgandas duxit, & quidem ea forma, quæ magni-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

ficæ operum S. hujus Doctoris edi
a doctiſſimis Monachis Ord. S. Be
dicti ex Congregatione S. Mauri h
1689. Pariſiis adornatæ ad am
reſponderet, proin facile ei in ea
compactura adjici poſſet: Præfixit
ditiſſimus hic Abbas præfationem
qua doctiſſime diſſerit de occaſi
quæ S. Auguſtino ad conſcribenda
nas has epiſtolas oblata fuerat,
quoque omnino genuinos ſancti h
Doctoris eſſet partus, pluribus de
ſtrat. Aſſerit, hodie certiſſimam
tentiam & Catholicam veritatem (
licet animas hominum a nihilo a
creari, & ſingulas ſingulis homi
infundi) eſſe, ac de ea nulli ortho
dubitare, impune licere: cum
dogma jam a Conciliis & unive
Eccleſia ſit definitum & ipſemet S.
ctor in prima epiſtola hanc verita
adeo certam eſſe affirmet, ut dub
hinc nullus debeat, de modo ta
faſſus eſt, ſe non inveniſſe, QUEM
MODUM *anima & peccatum ex Adam*
*hat (unde dubitare fas non eſt) & ip*
*Adam non trahatur, quod ſibi dilig*
*inquirendum, quam inconſultius a*
*dum* cenſuit; de hac enim quæſti
ſub initium Sæculi V. non idem om
Catholicæ Eccleſiæ Doctores ſen
bant. In fine epiſtolæ ad Opta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ait S. Auguſtinus: *ne ſibi ſubrepat eſſe credendum*, ULLAM PRORSUS *animam*, *niſi unius Mediatoris non ex Adam trahere originale peccatum, generatione devinctum, regeneratione ſolvendum.* Ad hæc verba doctiſſima Abbas annotavit: *Excipit haud dubie animam B. Virginis: En!* obſervat quidam non innocuus, ſed inſulſus criticus, *Abbas prodit, quod contra S. Auguſtini mentem propugnet in S. Literis non fundatam Conceptionem immaculatam B. V.* Plane hic Criticus ignorantiam ſuam nimis aperte teſtatur, dum neſcit, aut neſcire ſimulat, ipſum D. Auguſtinum lib. de natura & gratia cap. 56. diſertis verbis excipere B. Virginem: cum ait: *Excepta S. Virgine, de qua propter honorem Domini nullam prorſus, cum de peccatis agitur, haberi volo quæſtionem; inde enim ſcimus, quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum.* Hunc S. Doctoris textum ipſemet doctiſſimus Abbas ſuæ inſeruit editioni, vel ergo moroſus hic Cenſor eum legit vel non? ſi non, temeraria & impudens eſt ejus cavillatio, ſi ita, qua fronte dicere potuit, quod Abbas *contra mentem S. Auguſtini* defenderit &c. Fors S. Doctor hanc exceptionem toties addere debuiſſet, quoties-cun-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

cunque agit de peccato originali
autem fiducia, qua certitudine
ſus hic cenſor aſſerit, hanc ſenten
in S. Literis nullum habere fundam
tum; tale in S. Scriptura reperere
Patres, Concilia, & ſummi Ponti
&c. num his minus credendum,
naſutulo heri nato? attamen eſt
tum genus hominum, qui cuncta,
in Catholicæ Religionis ſyſtemate
rant, blasphemant, & neſcio qu
ſapientiam oſtentaſſe putant, ſi co
Catholicum Scriptorem, in cujus
men comparatione vix locuſtæ e
ex convitiorum armamentario
dum quoddam telum intorquere no
Profecto rancidus iſte Criticus æq
de S. Auguſtino cenſuiſſet, & de
tius de tam digno Abbate ſcrip
ſi ipſe, ac ſibi ſimiles pro intellige
Patrum aſſertis hoc ipſum D. Augu
monitum ſequerentur, ubi epiſt.
alias 111. ait: *Sciat ille frater, ſi*
*aliter quam iſti* (latini vel Græci Do
res Catholici) *ſentit, depoſita diſſen*
*amaritudine, & fraternæ caritatis*
*tate ſervata, atque in integrum reſ*
*diligenti & tranquilla conſideratione*
*rendum vel diſcendum vel docendum.*
*que enim quorumlibet diſputationes,*
*vis Catholicorum & laudatorum homi*
*velut Scripturas Canonicas habere deb*

ut nobis non liceat ſalva honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum ſcriptis improbare atque reſpuere, ſi forte invenerimus, quod aliter ſenſerint, quam veritas habet, divino adjutorio vel ab aliis intellecta, vel a nobis. Talis ego ſum in ſcriptis aliorum, tales volo eſſe intellectores meorum.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

## §. LXVIII.

## *Patris Kondigi liber a Regio Senatu Pariſiis proſcriptus.*

Jam anno hujus ſæculi vigeſimo nono Lugdunenſibus literis excuſus ſine Regis privilegio prodiit liber quidam ſub titulo: *Elenchus privilegiorum Regularium tam mendicantium quam non mendicantium maxime Ciſtercienſium* &c. Hujus libri Auctor erat P. Raphael Kondig ex Ordine Ciſtercienſium, qui quamvis natione Germanus eſſet, potiſſimam tamen vitæ ſuæ partem in Galliis transegerat: Hic idem liber ſecundo prælo Coloniæ Munatianæ publicam lucem aſpexit, a Germanis & Italis magno applauſu exceptus. Infauſtam vero ſortem tulit in Galliis; vix enim quorumdam manibus terebatur, cum jamjam ad Parlamentum, imo ad ipſum Regis Senatum Pariſiis denuntiaretur: Diſplicuit ſummo-

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

mopere, quod Author plenitu
poteſtatis ſummo Pontifici adeo
reſtrictam limitibus aſſereret, u
nes Epiſcopi totam ſuam pote
immediate a Papa derivarent,
ab eodem illis aut concedi aut a
pro libitu poſſet. Propugnabat
que, quod Chriſtus Dominus per
ves ſoli Petro, & per eum Epi
jurisdictionis poteſtatem dederit,
quod Concilium generale non i
diate a Chriſto, ſed a Papa ſuam
beat auctoritatem, illudque ſi a
tifice ſegregatum eſt, fallibile ſit,
nimo ipſa Eccleſia ſine Pontifice
definire poſſit, utpote ſemper fal
proin etiam a Concilio Gener
Papam, non autem a Papa ad C
lium appellari valeat &c. Adv
haſce propoſitiones vehementer
mabat Regius Advocatus, Arm
Hieronymus Bignon, aſſerens,
dem mirari, quod Typograph
nonnulli ſine requiſita cenſura
modi librum prælo ſubjicere pr
pſerint, magis tamen obſtupeſce
eſſe, quod Religioſus librum Gal
Eccleſiæ fundamentalibus prin
recta oppoſitum in Galliis, & qu
accedente Abbatis, & Ciſterc
Ordinis Præpoſiti Generalis appr
tione publici juris facere non

ruerit &c. Eapropter hic Elenchus ex Regis mandato ſuppreſſus, & a Pariſienſi Parlamento per publicum decretum fuit condemnatus tanquam *continens propoſitiones contrarias Coronæ, Epiſcoporum dignitati, legibus Regni libertati Eccleſiæ Gallicanæ, Auctoritati Conciliorum generalium, Decretis Seſſionis IV. & V. Concilii Conſtantienſis, & Seſſionis XVI. Concilii Baſileenſis.* Inſuper omnibus Regularibus Superioribus præfati Ordinis eodem edicto injunctum, ut omnia illius exempla ad Regiam Cancellariam deferant, & nullus has vel ſimiles propoſitiones tradere aut propugnare auderet.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

## §. LXIX.

### *Allemanni Salviati Cardinalis obitus.*

Inter Cardinales, qui hoc anno vitam unacum Purpura poſuere, primus erat Allemannus Salviatus ex pervetuſta ac illuſtriſſima Florentinorum proſapia ortus. Patrem habuit Vincentium Marchionem Montierium, & Matrem Lauram Corſiam. Horum cura ac optimis Inſtitutoribus Allemannus prima literarum rudimenta vix edoctus, tenera in ætate Senas mittitur, in Collegio, quod *de Ptolomæis* nuncu-

patur,

Sæc.XVIII.
A. C. 1733.

patur, humanioribus diſciplinis i-
buendus. Demum Piſas profectu
Philoſophiam, Theologiam & J
prudentiam gradum fecit, atque
ævo celeberrimorum Virorum Joſ
Averanii, & Paſchaſii Gianetti, a
rumque præſtantium Doctorum a
tor exſtitit; demum ab eodem A
nio Jurisprudentiæ laurea Doct
donatus, laudatusque eſt luculenta
tione, quæ adhuc per ora manuſ
eruditorum celebratur: Nondum tam
in hoc juvene ſciendi ardor ſatiatus
rat, quocirca Florentiæ cum Vince
Viviano, Laurentio Magalotto, L
rentio Bellinio, Franciſco Rhedio, A
tonio Maria Salvinio pluribusque a
eruditione claris frequens ac famil
habuit conſortium, aut verius, co
nuam literarum exercitationem; m
ficus enim in illo erat ſcientiaru
mor, & Eruditorum uſus ac amic
quapropter horum ſtudia, & labo
egregie promovit, nec penſi hab
Stipendia in indigentes largiſſima p
fundere. Aggregabatur etiam ob e
quentiæ præſtantiam percelebri Ac
demiæ, ut vocant, *della Cruſca*, qu
ad revocandum Etruſci ſermonis n
rem, & elegantiam ab omni verbor
barbarie præſervandam inſtituta e
Ipſus quoque in exequiis Sereniſſ

Vitt-

Victoriæ Roboreæ coram Principibus, populoque frequentiſſimo funebrem orationem Florentiæ in Eccleſia S. Laurentii cum ſummo Auditorum applauſu habuit. Delectabatur inſuper Aſtronomicis obſervationibus, omnesque & præcipue antiquum ſuum Magiſtrum Vivianium in perarduo hoc labore eximia liberalitate juvabat: hæc de ſe ipſo teſtatur his verbis: *Alemannus Salviati in literas amore, propenſaque in literatos homines benignitate Majores ſuos æmulatus; nam qua beneficentia præſtantiſſimus, omnique ævo memorandus Philippus Salviatus clariſſimum Geometriæ, Aſtronomiæ, Philoſophiæ lumen Gallilæum* (*) *amplexus eſt, eadem ipſe proſequitur me noviſſimum Gallilæi diſcipulum, obſervat ac diligit.*

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Adoleſcentia tam laudabiliter exacta cultiores Europæ Provincias peragravit, & non tam oculos paſcendi, quam ingenii excolendi ſtudio maximorum Principum Aulas & Academias ſedulo inſpexit, longiorem vero moram in Galliis, Belgio & Anglia traxit, eoquod in his Regnis amplior eſſet hauriendæ eruditionis copia. Inde rever-

(*) Gallilæus in villa Salviati nuncupata *delle Selve* ſuas lucubrationes Aſtronomicas confecit.

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

reverſus in Lotharingiam venit, a
Leopoldum Ducem nomine Coſm
Magni Etruriæ Ducis ſalutavit, a
de fauſto connubio cum Eliſabetha
rolina Aurelianenſi Duciſſa grat
eſt. Florentiam demum redux,
veteri more ſuo literatorum confe
ſæpiſſime interfuit, ac ipſemet in
latio ſuo Academiam inſtituit, i
ea veterum Oratorum ac Poet
ſententias & dicta congererentur, a
illuſtranda. Porro quantum lite
Alemanni liberalitas bene vertit,
tum etiam charitas in pauperes
largiter effudit; quippe præter q
dianas eleemoſynas, Joanni Roſſi
dico ſuo inhibuit, ne a quopiam
pere vel obulum reciperet, eoqu
muneris eſſe cenſeret Præſul, e
æs alienum hoc nomine contra
in ſe ſuſcipere: Ipſus quoque ſuis
meſticis ægrotantibus inſervire, p
in curis habuit, aſſerere ſolitus,
*tua eſſe hominum officia, ut famuli,*
*leant Dominis miniſtrarent, viciſſim*
*Dominis ſubvenirentur, ſi morbo c*
*eſſent.*

Hæc illi erat morum integri
hæc vitæ ratio usque ad annum æ
ſuæ trigeſimum ſeptimum, quo p
mortem Germani Fratris ſui Joa
Salviati præſtantiſſimi in Romana C

Flo-

Præſulis ad importunas Amicorum preces Romam profectus, die vigeſima quarta Septembris anno hujus ſæculi ſeptimo Præſulibus Romanis adſcriptus eſt. Eodem hoc anno Protonotarii munere auctus a Clemente XI. Nuntius extra ordinem in Gallias decernebatur, ut recens nato Regis Filio ſacratas offerret faſcias. Singulari morum comitate, animi magnitudine ac prudentia, qua in Galliis egit, ipſius Ludovici XIV. Regis, totiusque Regiæ familiæ gratiam atque exiſtimationem ſibi conciliavit, ac præcipuos Regni Optimates arctiſſima ſibi conſuetudine & familiaritate devinxit. Hos inter haud poſtremus erat Cardinalis Noaillius, qui Alemanni candore ac integritate captus, graviſſima Religionis & Quesnellianæ controverſiæ negotia cum illo pertractare, & perturbatas res ad concordiam revocare, ſæpius exoptabat. Ceterum in Francia dum Legatum agebat, ea ſemper erat ejus religio, ea fides in Apoſtolicam Sedem, ut devotus licet Regi, Pontificis tamen jura ſemper ſervaret immunia; quapropter ab eodem Avenionenſis Pro-Legatus renuntiabatur, ubi pietati intentus, pari ſtudio juſtitiam intemerato Zelo adminiſtravit, præſertim vero liberalitate ſua populum habuit benevolum,

Sæc. XVIII. A. C. 1733.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

ſuique ſtudioſiſſimum: Jacobum que III. Britanniæ Regem a Gal pulſum Regia prorſus magnific excepit, quamvis poſtea a Protes bus, qui eum comitabantur, Religionis diſſidia fuiſſent conci quæ nonniſi Regis diſceſſu ſopiri erant. Expleto legationis ſuæ nio Romam reverſus, Congreg de Propaganda Conſultor & U ac Mataurenſi ditioni Præſes datu ac demum a Benedicto XIII. Rom Purpura decoratus, conclavi inter ubi ejus affinis Clemens XII. D. Petr thedram conſcenderat, quamvis ipſ Salviatus quorumdam Cardinalium fragia tuliſſet, & obſcurum quoddam ticinium ejus electioni præluden deretur. Aſt hujus dignitatis jact abunde penſabant præpinquia be cia, & munia prorſus honorifica, bus eum eximia Pontificis benevo tia augebat; quippe Urbini Provin addita *Legati de latere* dignitate r dam obtinuit, Præfecturam qu Signaturæ juſtitiæ adminiſtravit, pluribus Patrum cætibus, quibus dulo interfuit, adſcriptus eſt, ſel in Aſſeſſorem & laboris ſocium M Guarnaccio Signaturæ juſtitiæ Co tore, qui hujus Cardinalis vitam

ſcrib

ſcripſit, ſuamque erga eum obſervantiam his verbis teſtatus eſt. *Tunc me rudem iſtarum rerum Scriptorem* Salviatus *in ſuum Aſſeſſorem & ſtudiorum Adjutorem aſſumpſit. Sola honoris cauſſa munus accepi, quo tempore Pontificii Cubiculi honore a Clemente XII. auctus fueram. Sic Cardinali Salviato obſequium exhibui, blanda contentus ejus voluntate, & comitate, qua cunctorum animos alliciebat; gravia ipſi impendentia munera obire potius didici, quam obiverim: Ipſe enim maxime rerum gnarus, & longa experientia probatus, quid in obvenientium cauſſarum cognitione agendum foret, ſtatim monſtrabat.* Sæc. XVIII. A.C. 1733.

Jamjam expleverat Alemannus annum ætatis ſuæ ſexageſimum tertium, cum ejus valetudo tam laboribus pro Eccleſia exantlatis, quam ſudore literario debilitata indies vergeret in deterius; laborabat etiam inteſtinorum inflammatione, quæ arte medica pertinacior vicinam mortem præſagiebat. Impavidus feralem nuntium excepit, moxque ſacris morientium Sacramentis ad ingrediendum æternitatis iter communiri, ac demum oleo ſancto ad poſtremam luctam confirmari petiit: Plures adhuc dies inter acerbos dolores, & pia ad Deum ſuſpiria tranſegit, donec tandem illum die vigeſima

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

quarta Februarii vita deficeret, exegiſſet annos ætatis ſexaginta Menſes undecim, ac totidem Extinctum luxit in Eccleſia S. M in Ara Cæli Purpuratorum Colleg exequiis, quanta potuit maxima lebritate inſtitutis. Corpus vero (ut ipſe teſtamento caverat) Flo tiam translatum in magnifico Sac S. Antonini clariſſimæ ejus Fam gentilitio tumulatum eſt.

Edidit eruditiſſimus hic Cardin ſuis ſumptibus, ac magnificis ty multisque imaginibus æri inciſis elegans opus, Benedicto XIII. n patum, cui titulus: *Deſcriptio S. S. Antonini ex Ordine FF. Prædicat Archiepiſcopi Florentini.*

## §. LXX.

### *Carolus Cardinalis Borgia mortuus.*

Celeberrimi hujus Cardinalis ob meminiſſe, ſine mœrore quis erit, quin vitæ ſuæ cum glorioſo tutum præconio meminerit? Æſti tio Viri non tam petitur a Regum ragoniæ ſtirpe, a qua originem traxit, neque tam a Majorum ſuor gloria, quos inter Calixtum III. A xandrum VI. Pontifices, & Francis

Carol

Caroli Fratrem ab Innocentio XII. in ultimo vitæ ſuæ diſcrimine Purpura decoratum, aliosque octo Cardinales, & plures toga ſagoque clariſſimos Viros numerat, ſed potiſſimum a propriis animi dotibus, & velut ingenitis virtutibus omnis Caroli ſplendor emanavit. Orbi datus eſt Gandiæ auſpicatiſſima die tertia Aprilis anni ſexcenteſimi ſexageſimi tertii ſupra milleſimum. Pater fuit Carolus Gandiæ Dux, Mater Ponſia de Leon. Elucebant jam e cunis præclari pietatis igniculi, dotes ad ſumma natæ, felix memoria, ſingulare ingenii acumen, atque in perdiſcendis literis mira facilitas. Humaniores literas domi didicit, ſacratiores vero in Collegio Complutenſi a S. Ildephonſum, ubi etiam Doctoratus honores emeruit. Jam tum Eccleſiæ, Reique publicæ ingens columen parabatur; Carolus enim ampliſſimas, quas generis nobilitas, Principum favor & paternæ opes promiſerant, ſpes generoſe contempſit, & divinæ Gloriæ lucro captatus, ſacræ militiæ nomen dedit. Ad Toletanæ igitur Eccleſiæ Canonicatum primo a Carolo II. Rege nominatus, Italiam peragrare conſtituit, demum Romæ aliquamdiu moratus, a Clemente XI. Archiepiſcopus Trapezuntinus renun-

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

tiatus eſt. Inde moribus integer
ornatus, in Hiſpaniam rediit, m
ſibi Philippi V. ejusque fautorum
citiam & patrocinium ſua pietate,
dentia, & comitate tam feliciter
ciliabat, ut mortuo Protocarrero,
diarum Patriarcha, & ſupremus R
Eleemoſynarius eligeretur: Ab eo
pore ferme ſemper in Aula ver
omnes Regias proles ſacro fonte
luit, primasque partes in cunctis
cleſiaſticis functionibus habuit, in
bus tamen omnibus negotiis in
mordaxque fama, quod carperet,
invenit. Exquirebatur ejus con
in omnibus arduis Regni & Regi
cauſis, & maxima ubique pol
gratia ac auctoritate, nunquam ta
alacrior ad negotia accedere videba
quam dum in Indico Senatu pro S
Religionis incremento ſuffragium
cendi campus aperiebatur: imme
nim fidei ac juſtitiæ Zelo vel ma
enituit. Tanto itaque Viro, ſic
forenſibus Aulæ negotiis apprime
ſato, ita in exantlandis pro Chri
Republica laboribus indefeſſo Ph
pus Hiſpaniarum Rex Purpuram p
rare adlaborabat. Hanc etiam a C
mente XI. ad remuneranda Viri me
aliunde propenſiſſimo mox obtin
ipſo Rege Neo - Purpurati Capiti

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ipſa Regia Mantuæ Carpetanorum Urbe rubrum Biretum imponente. Paulopoſt mortuo Clemente XI. unacum Cardinale Belluga ad Sacra Comitia Romam contendit, quo tamen nonniſi jamjam electo Innocentio XIII. advenerat, a quo etiam Purpureum pileum unacúm titulo S. Pudentianæ obtinuit: Attamen parum abfuit, quin Cardinalis ibi ſepulcrum inveniret, ubi gloriæ ſuæ theatrum conſcendiſſe videbatur; accidit enim, ut cum quidam Romanus magni nominis Dynaſta in Cardinalis honorem pereleganti Muſices Symphonia quamplurimos Principes oblectaret, fortuito caſu orcheſtra deciderat, ſua mole absdubio Carolum oppreſſura, niſi illum quidam ex adſtantibus manu arreptum, exitio immunem ſervaſſet. Nempe ſervandus erat a caſu, per quem tot alii adhuc ſtarent. Demum Carolus in Hiſpaniam reverſus, Romam paulopoſt mortuo Papa redire coactus eſt; cum autem Genuæ repentino morbo obrueretur, omnium poſtremus comitia ingreſſus, nonniſi neo - electi Pontificis inaugurationi interfuit, qua abſoluta Roma in Hiſpanias profectus, Madriti Ludovicum Regem juvenem cum morte luctantem invenit, cui etiam die vigeſima octava Auguſti Anno 1724. ſacra

Sæc. XVIII. A.C. 1733.

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

Eccleſiæ Sacramenta adminiſtran
cadaver tumulo intulit, & ſolemni
exequiis interfuit: Hoc Principe m
erepto Philippus V. Regni ſceptr
quod jamjam abdicaverat, reſum
compulſus, Carolo Cardinali inju
ut Regis nomine a Carolo poſtea H
ſpaniarum Rege fidelitatis homag
ſuſciperet. Hunc ergo Cardinalis
verbis alloquebatur, *Sereniſſime Pr*
*ceps! juret ſuper hanc ſacram Crucem,*
*ſancta Evangelia, ſe omnia in hoc ſcr*
*mox prælecto contenta fideliter ſervatu*
*Ita Te Deus adjuvet.* Principe mox
ſpondente: *Promitto*, ac juramen
præſtante, ceteri omnes Regni Or
nes in verba Borgiæ idem hom
gium exſolverunt, ipſius vero Borg
juramentum Didacus D'Aſtorgas A
chiepiſcopus Toletanus excepit. Pe
acta hac ſolemnitate Cardinalis Reg
Pacemauguſtam usque comitabatu
ubi Aſturiæ Principem poſtea Fer
nandum VI. Hiſpaniæ Regem cum Re
gia Luſitani Regis Filia ſolemni pr
catione conjunxerat. Inde cum Reg
totaque Aula Madritum, ac dem
ad Regiam Villam S. Ildephonſi pr
fectus, ibidem integerrimæ vitæ in
tutum ſervavit, usque ad diem oct
vam Auguſti, qua lethali morbo co
reptus, non ſine maximo omniu

luctu

luctu pie in Domino ſeptuagenarius obiit. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

## §. LXXI.

### *Antonii Banchierii Cardinalis deceſſus.*

Eodem hoc anno Sacrum Purpuratorum Collegium luxit mortem Antonii Cardinalis Banchierii. Hic illuſtribus ac Patriciis Parentibus Nicolao & Catharina Roſpilioſia Clementis XI. Nepte Piſtoriæ in Etruria natus eſt. Prima pietatis & literarum rudimenta in paterna Domo & ſub eorumdem Genitorum diſciplina hauſit. Duodennis Senas mittebatur, in Collegio Nobilium Ptolomæorum inſtituendus, ubi exacto ſexennio Romam delatus, in Collegio Romano ſtudia ſua impigro labore proſecutus eſt, elucente jam tum ad ſumma quæque adoleſcentis indole. Ut vero ſacratioribus quoque literis ingenium excoleret, optimos Cauſſidicos ſibi Magiſtros ſelegit, quorum inſtitutione aſſidua tam funditus jurisprudentiæ arcana introſpexit, ut in Romano Archi-Gymnaſio in utraque Juris facultate Doctorum honoribus inſigniretur. Ab hiſce meritis profluxere prima propitiæ fortunæ auſpicia; præprimis ergo ſedente Innocentio XII. Præſul Romanus, Protonota-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

notarius Apoſtolicus & Conſultor Con- gregationum de ritibus, & de Su ut vocant Conſulta nominabatur; ea per integrum annum in Congrega- tione *de Propaganda* abſentis Fabr Cardinalis vices in munere Secret obiit, ac demum a Clemente XI. A nionenſis Prolegatus renuntiatus; qua in legatione per triennium pr clara prudentiæ ac integritatis ſpecimina edidit: quapropter Pontifex Nuntium Apoſtolicum ad Fr ciæ Regem ablegare decreverat, B chierius vero munus hoc ultro obla gravibus de cauſſis modeſtiſſime re ſavit: Unde Romam revocatus, Se tarius Congregationis de Propagan fide dicitur, demum vero ſuprema Univerſalis Inquiſitionis Romanæ A ſor renuntiatus; hoc autem mu auctus Anno 1710. die undecima O bris ad Jeſuitarum Generalem decretum die prima Octobris edit de ritibus Sinicis Pontificis men declarare juſſus eſt, datis ad eum literis. „Prohibet Sanctitas ſua, „quisquam decreto Anno 1704. pro- „mulgato, aut mandato pie defun „Cardinalis Tournonii obſtrepere a „ſub prætextu, quaſi in nuper edi „Pontificis decreto, quæ in primo de- „creto Anno 1704. ſancita fuiſſe

„duntaxat conditionate intelligenda „ſint, proin cuilibet integrum ſit, ei- „dem obedire vel non: Eapropter San- „ctitas ſua nupero decreto hæc verba „eſſe addenda præcepit: *quovis contra- „faciendi quæſito colore ſeu prætextu pe- „nitus ſublato.* Hæc ergo Præpoſitus „Generalis ſuis Sociis apud Sinas mo- „rantibus nulla mora inſinuet, ne Pon- „tificiæ voluntatis executio ullo pacto „retardetur.„ Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Biennio poſt Banchierius in Secretarium Congregationis, quæ a *Conſulta* nomen habet, nominatus, hoc officio per ſeptendecim omnino annos ſumma cum laude functus eſt, tandem a Benedicto XIII. Romæ Gubernator dictus: Gratulabatur ſibi univerſa Urbs de ſelecto prudentiſſimo hoc Moderatore, quem cuncti ob eximiam rerum experientiam, & difficillima negotia ad optatum finem perducta, cognitamque in proferendis ſententiis æquitatem, ac præcipue ob incorruptum in omnibus dictis ac geſtis candorem, velut ſingulari cæli favore ſibi datum deprædicabant. Emicuit præſertim prudens egregii hujus Prætoris ſolertia tempore Anni Sacri, in quo, quamvis pene innumeri ex omnibus Mundi partibus Romam confluxiſſent, Banchierius tamen omnia tam provide, tam-

que

Sæc. XVIII. que prudenter diſpoſuit, ut an
A. C. 1733. ſuperabundaret, nullus audiretu
multus, omnia adeo florerent co
ſita, acſi omnes unius labii eſſent
gens ideo Benedictum Papam te
hujus Viri admiratio, quocirca illum
modo maximis cumulavit beneficiis
& Romana Purpura decoravit: di
itaque Urbis Præfectura Banchieri
in cunctis Patrum cætibus, qu
adſcriptus erat, Romanæ Eccleſiæ
ſtrenue vindicabat: Intererat quo
Sacris comitiis non ſine magna ſupr
Pontificii obtinendi ſpe, quam qui
ejus merita augebant, cæli autem
vor Clementi XII. reſervabat: Nec
men Banchierii virtus ſine præmio
ab eodem enim hoc Papa maxim
bitus, ob ſingularem ejus dexterita
in rebus publicis eidem a ſecretis
juſſus eſt. Poſtea Congregationis
*Conſulta* Præfectus ad omnia ea
magis ardua adhibebatur negotia:
quoque opera Pontifex utiliter ute
tur in componendis diſſidiis cum Re
bus Sardiniæ & Luſitaniæ, cum Ve
neta Republica, cum Hiſpanis ob Du
catum Parmenſem, Caſtrenſem & Ro
cilionenſem Comitatus, & cum Ga
lis ob Avenionem. Tandem tot la
boribus requiem impoſuit haud impro
viſa mors, cujus prænuntiis morb
cum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cum ſe vehementius gravari ſentiret, Piſtoriam abduci petiit, ubi die decima ſexta Septembris anno ætatis ſexageſimo ſexto vivere deſiit.

Sæc. XVIII. A.C. 1733.

## §. LXXII.

### *Sinibaldi Cardinalis ab Auria obitus.*

Sinibaldo ab Auria patria erat Genua, parentes vero Joannes Baptiſta Marchio Doria, & Benedicta Spinola, uterque ex pervetuſta ac illuſtriſſima Familia. Plena pubertate Sinibaldus Romam venit, ubi in Collegio Romano Rhetoricæ, Philoſophiæ, aliisque diſciplinis tam egregiam navabat operam, ut in Nobilium palæſtris inter æquales ſine controverſia primas ferret. Verſabatur tamen ſedulius in eo doctrinæ genere, quod inſtituti ſacratioris eſt, ſcilicet in S. Canonum ſtudio Sanctorumque Patrum lectione. Eapropter feſtinato prorſus honore, utriusque Signaturæ Referendarius, & ſubinde Aſculanæ, Maceratenſis, aliarumque Eccleſiaſticæ ditionis Urbium Gubernator ab Alexandro VIII. renuntiatus eſt. Nec hic ſtetit fortunæ felicitas; quippe a Clemente XI. Avenionenſis & Venaiſſini Comitatus Pro-Legatus dicebatur, inde tamen ex-

pleto

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

pleto legationis quinquennio, Galli identidem adverſus eum q rentur, Romam revocatus, ac Archiepiſcopi Patracenſis honor Commendatarius Noſocomii S. Sp in Saxia nominabatur. Ampl juxta ac pinquiſſimo hoc Magi functus eſt toto Clementis XI. Po catu, poſtea vero in ſupremum manæ Eccleſiæ theſaurarium, ne Hadrianæ molis Præfectum, ac que Pontificii cubiculi Magiſtrum gebatur, quo tamen munere a Be dicto XIII. abire juſſus, in S. C Aſſeſſorem & Pœnitentiariæ Data adoptatus eſt. Magis propitiam fo Sinibaldus experiebatur ſub Clem a quo Archiepiſcopatum Beneventa obtinuit, reclamantibus licet Can cis Cathedralibus, & ipſo etiam N politano Regis Conſule, qui C partes adhuc ſtrenue tuebantur. P quam vero Sinibaldus Neapolin venerat, & pertinaciores Cano cuſtodiæ dari juſſerat, non modo cificam ſuæ Eccleſiæ poſſeſſionem ſed & ad æmulorum invidiam Pu decoratus reſplenduit: Poſtquam pro more Romam contenderat, impetu Beneventi recruduit Co factio, ut Pontifex illum, utpote c præſentiam oppido neceſſariam

po-

protinus ad ſuam Diæceſin reverti ju- Sæc. XVIII.
beret. Eo adventante reſedit quidem A. C. 1733.
tumultus; nova tamen Sinibaldo accrevit moleſtia, cujus occaſio erat hæc: Promulgabatur in Gravinenſi Ducatu edictum, quo immunitatis privilegium, vi cujus Eccleſiaſticorum bona a tributis erant exempta, abrogabatur; id ægerrime ferebant Clerici, ac præcipue Oliverius Gravinæ Epiſcopus, qui Urbem interdicto ſubjecit. Ad hoc excanduit Gravinæ Dux, remque in Materanenſi Curia eo deduxit, ut Epiſcopus Neapolin rationem redditurus citaretur: Hic vero anathemate in Ducem, ejus Miniſtros & Materanenſes vibrato clam e Regno excedere ſtatuit. Patrocinabatur eidem Cardinalis Sinibaldus, cujus etiam ope Epiſcopus inſequentium inſidias feliciter eluctatus, Romam pervenit. Inde autem tota averſionis moles in Cardinalem, atque atrox non minus ac diuturnum Papam inter & Cæſarem diſſidium, quod nonniſi poſt plurium annorum decurſum fuit ſublatum; interim Epiſcopi anathema tanquam nullum & irritum declaratur a Magiſtratu laico, in carceres conjiciuntur non pauci, etiam Sacerdotes, qui Præſuli vel ſanguine, vel amicitia juncti erant, retrahuntur alii a fuga, & quatuorde-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

cim omnino Eccleſiaſtici e Regno pelluntur, ac demum gravis hæc tio nonniſi per mortem Gravinæ finem habuit. Nec diu hiſce supervixit Cardinalis; quippe affectus, altero poſt anno die Decembris Beneventi deceſſit, ſexageſimo nono ætatis ſuæ ann Metropolitana Eccleſia ſepultus.

## §. LXXIII.

### *Hieronymi Grimaldi Cardinalis extrema.*

Poſtremus inter Cardinales, qu vitæ hic annus exitialis fuit, Hieronymus Grimaldus patria nuenſis, qui Romæ emenſo hum rum curriculo jurisprudentiam ſub mis Magiſtris coluit. Ut autem eximia nobilitate clarus, eloqu mis, moribus integerrimus, ita in Pontificem Clemente XI. ſibi ſuis meritis aditum ad inſigniores gnitates aperuit. Primo igitur xellas Internuntius decernitur, titulo Edeſſeni Archiepiſcopi orna Nuntius Apoſtolicus Coloniam gatur, anno autem hujus ſæculi decimo eadem dignitate clarus, in loniam mittitur, ab Auguſto II. & Saxonico Electore perbenigne

tus: Nil magis ſuarum partium eſſe Sæc. XVIII. ducebat, quam ut Religionis augmen- A. C. 1733. tum, & Apoſtolici miniſterii decorem omni conatu ac ſtudio ubique promoveret, nec tamen ejus ſollicitudini optatus ſemper reſpondit ſucceſſus; quippe in Saxonia incaſſum laborabat, ut Auguſtanæ confeſſionis jubilæum a Lutheranis celebrari impediret. In Polonia in eam inciderat temporis iniquitatem, ut inteſtina ferverent bella, quæ quidem, ut ad Pontificis juſſa ſedaret Grimaldus, nulli prorſus pepercit labori, ſed ad frangendam factionum pertinaciam, Polonosque in Regis fide retinendos nil preces, nil minæ valebant, armis arma erant repellenda. His quoque turbis nondum ſat placatis major oriebatur contentio circa jus Patronatus, quod Pontifex ſibi in Polonia adjudicabat; novæ ergo inde enatum eſt Grimaldo moleſtiæ argumentum: Unica, quæ in tanto faſtidiorum cumulo ſupervenerat, levaminis ſpes erat Regii Principis connubium cum relicta Joſephi Cæſaris Filia: haud parum enim inde Catholicam Religionem in Saxonia promotum iri ſperabat: Poſtmodum anno poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo decimo nono ſupra milleſimum Græci Rutheni, qui a veteri ſchiſmate jam

Sæc. XVIII. pridem ad Eccleſiæ gremium re-
A. C. 1733. rant, Concilium Provinciale indi
ad quod ex univerſa Regione Ep
convenerant: Agebatur ibidem de
ſtauranda Eccleſiæ ac Cleri diſci
necnon de corrigendis populi mor
Præerat huic Synodo Grimaldus
Sedis Nuntius, eoque urgente
berrima condebantur ſtatuta, quæ
mam transmiſſa Innocentius XIII
probavit, datisque literis Leo
Kiskaum totius Ruſſiæ Metropo
num, cunctosque Concilii Patres
admonuit, ut in id potiſſimum in
berent, quatenus juxta Synodi de
collapſam Eccleſiæ diſciplinam
tuerent, eosque, qui habilium Mini
rum electiones impedirent, exili
eorum Diæceſibus aliisque pœnis
ctari curarent. His ita bene con
Grimaldus e Polonia ad Cæſaris
lam Pontificius Nuntius ablega
quem etiam Magiſtratum per
omnino annos ſumma probitate ac
gulari integritate geſſit. Sed illud
dentiæ ejus inſigne & rarum, quod
tot Legationum totque Aularum &
niſteriorum, quæ geſſit, anfracti
nunquam offenderit, ſicut & ne ſuſpi
cioni quidem aut diffidentiæ ob nimi
affectum vel in Papam vel in Princip
patuerit ejus integritas, cum tam
eju-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

ejusmodi *partialitatis* ut vocant, criminatio in Principum animis etiam ob recte facta frequentiſſime contra Nuntios Apoſtolicos æmulorum ſuggeſtione ſuboriri ſoleat: Porro præter has dotes Grimaldus inter externas pompas, quas ejus dignitas depoſcere videbatur, ſpeciali præluxit modeſtia, humilitate, manſuetudine. Statum ei tempus agendi cum Deo erat, & ſi quid de conſueta orandi aſſiduitate graviora negotia detractura crederet, diem ſæpe vigiliis prævenerat: Unde haud exigua ſanctimoniæ fama etiam invitum deprædicabat. Tandem tot meritorum laborumque præmium a Clemente XII. conſequitur Grimaldus, die ſecunda Octobris hujus ſæculi trigeſimo anno Purpuratorum Collegio adſcriptus: Hac ſuper re memoratu digna ſunt cujusdam recentiſſimi Hiſtorici verba: *quoniam ea*, inquit ipſe, *eſt virtutis vis, ſplendor ac dignitas, ut non modo ii, qui ejus compotes ſunt, honore digni habeantur ſed etiam ſi qui honorem illi exhibeant, honorati ipſi & clari ob eam rem evadant, non videtur hoc loco prætereundum, Clementem tertio ab inito Pontificatus menſe in Cardinalium Collegium adlegiſſe Hieronymum Grimaldium Genuenſem, Archiepiſcopum Edeſſenum, qui apud Carolum VI. Imp. Pontificii Oratoris mu-*

*Suppl. Hiſt. Eccl. Nat. Alex. Diſſ. I. pag.* 109.



*mu-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

*munere ſungebatur. Vivit vigetque*
*viri memoria non modo ob probatam*
*tis, magniſque in rebus prudentiam,*
*præſertim quod in omni officio, & in*
*laude Chriſtianæ religionis colenda ſu*
*adeo evaſit, ut illuſtre veteris ſanct*
*exemplum temporibus noſtris retulerit*
*que tanta virtus, quum in eo quaſi*
*quoddam eluceret, adeo omnes in adm*
*tionem ſui pertrahebat, ut vel ipſe*
*& Auguſta ejus uxor ſæpius ejus dex*
*venerabundi deoſculati fuerint. Huic*
*que Clemens anno inſequenti Bonon*
*Provinciam gubernandam dedit; qua*
*tione nondum confecta, vir clariſſimus*
*ſanctiſſimus, triſti ſui deſiderio omnibus*
*licto, ex hominum vita demigravit.*

Enim vero vix Bononiam vene
cum identidem adverſa premeretur
letudine; decreverat equidem ad
randas vires Genuam ſecedere,
autem patrium aerem ſibi minus
pitium crederet, Medicorum co
Neapolin pergere conſtituit, Æn
balneis uſurus. Attamen redun
pituita, cum navis, qua veheb
ferme in Neapolitanæ Urbis con
eſſet, ſuffocatus interiit die de
octava Novembris, anno ætatis
quageſimo nono. Ejus cadaver
nuam translatum in ſepulcro Ma
conditum eſt in Eccleſia S. Phil

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nerei. Princeps erat inter Eccleſiaſticos Religioſiſſimus, inter Aulicos in rebus publicis longe verſatiſſimus, prudentia ac pietate gravis, colloquio comis, erga omnes beneficus, nulli infeſtus, in ferendis ſententiis æquiſſimus, in præmiandis proborum virtutibus liberalis, in plectendis reis inter impunitatem & rigorem moderamen tenere aſſuetus, præcipue erga Sacerdotes delinquentes, quorum vitia, ſi ſecreta pæna corrigere potuit, ad publicam non proceſſit.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

## §. LXXIV.

### *Tres Præſules a Clemente XII. Purpura Romana decorati.*

Dolorem, quem Purpuratorum Collegium ex obitu tot præſtantium Virorum ſenſerat, temperaturus Pontifex, die ſecunda Martii habito, ut ajunt *Conſiſtorio ſecreto* Dominicum Riveram Urbinatem, Proto-Notarium Apoſtolicum, & S. Conſultæ Secretarium palam enuntiabat Cardinalem Presbyterum tit. SS. Quirici & Juliettæ. Præter hunc die vigeſima octava Septembris adhuc alios duos Præſules Sacro Collegio adſcripſit, & quidem primo Marcellum Paſſerium Arianenſem, Archiepiſcopum Nazianzenum,

Sæc.XVIII.
A. C. 1733.

& Papæ Auditorem, qui Preſ
Cardinalis titulum gerebat S. M
de Ara Cæli. Huic Pontifex jam
priori Purpuram deſtinaverat; plu
tamen Cardinalium oppoſitionem
ritus, rem adeo religioſo premeba
lentio, ut hoc ſuum propoſitum
ſuo Cubiculario, & quidem pri
paucis ante Conſiſtorium horis m
feſtaret: Rem tamen ſubodoratus C
dinalis Corſinius, ne aliunde infi
tate preſſo Pontifici moleſtia fi
conſiſtorium differri præcepit, mo
unacum Guadagnio Cardinale Pon
cem acceſſit, rogavitque, ut Paſſer
cum diſpendio ſuæ auctoritatis ac
letudinis non enuntiaret, priusq
Cardinalium animi ob varias cau
in hunc Præſulem exacerbati conc
rentur. Horum votis cedere aliq
tulum cunctabatur Pontifex, re tam
maturius penſata eorum ſecutus e
conſilium. Porro alter, qui ead
die Cardinalis renuntiabatur, erat Jo
nes Baptiſta Spinula patria Genue
Protonotarius Apoſtolicus, Urbis R
manæ Gubernator & S. R. E. Vice-Ca
merarius, qui nominatus eſt Card
nalis Diaconus tit. S. Cæſarei

Sæc. XVIII.
A.C. 1733.

## §. LXXV.

### *Principum atque Illuſtrium fata.*

Præter Auguſtum II. Poloniæ Regem, cujus fata jam ſupra deſcripſimus, plures adhuc alii Principes ac Viri dignitatis & generis excellentia ſpectatiſſimi hoc anno mortis victima cecidere, & quidem inter Præſules primo loco occurrit Joannes Claudius de la Perype de Vertieu Pictavienſis Epiſcopus, qui Menſe Febr. vita functus eſt, cui ſucceſſit Hieronymus Ludovicus de Fondras-Courtaney ejus Coadjutor: obiit etiam Emmanuel Alvarez da Coſta Angranus Epiſcopus, qui in Luſitanæ Tertiæ Inſula octogenarius Menſe Martio obiit. Hunc ſequentis Menſis die decima Aprilis ad eandem æternitatis viam ſequebatur Daniel Joſephus de Meyeren Pragenſis Archiepiſcopus, Regni Bohemiæ Primas & perpetuus Univerſitatis Pragenſis Cancellarius, qui ex Vicario Generali, Eccleſiæ Cathedralis Præpoſito ſub titulo Tiberaidis Archiepiſcopi Anno 1731. ad Pragenſem Infulam evectus erat, Succeſſorem habuit Joannem Adamum Comitem Vratislao-Mitrowizium, qui primo Regino-Gradecinus, poſtea Litomericenſis Epiſcopus, tandem Menſe

 Aprili

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

Aprili Pragenſis Archi - præſul ren tiabatur. Aſt eodem adhuc anno, die vigeſima octava Maij Medlin oppido altero lapide Vienna diſſito c alìis Bohemis Conſiliariis quoddam gotium circa res Eccleſiaſticas pro raret, deliquium paſſus, die ſecu Junii ex apoplexia ſexagenarius ob Succeſſit eidem in Pragenſi Eccle Joannes Mauritius Comes de Mand ſcheid - Blanckenheim, & in Lito riana Mauritius Adolphus Dux-Sa Neoſtadienſis antea Regino - Grad nus Epiſcopus. Deceſſit quoque anno Gabriel de Cosnea Auguſta nus Epiſcopus.

Pariter Menſe Majo e vita migr Ludovicus de la Vergne Montena Treſſan Rothomagenſis Archiepiſcop qui olim Pariſiis Theologiæ Licen tus, poſtea Nannetenſis Epiſcopus ſidia ob Conſtitutionem *Unigenitu* orta componere ſtrenue adlabora & de Hugonotarum & profugor redditibus proſpicere præcipiebat Porro in defuncti locum nominat Catalaunenſis. Pari fato vivis die gesima quarta Maij ſeptuagenarius latus eſt Joannes de Camargo Pamp lonenſis Epiſcopus, & Generalis Inqu ſitor totius Hiſpaniæ. Eodem me Infulam cum morte commutavit Jo



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nes de Normand Ebroicenſis Epiſcopus, Sorbonæ Doctor & Abbas Trononenſis annos natus ſeptuaginta quinque, qui unacum aliis quadraginta Præſulibus Conſtitutionem *Unigenitus* acceptabat, & ſeſe illis, qui eam rejecerunt, fortiter opponebat, ac denique Embrodunenſem Synodum pro viribus propugnabat. Locupletiſſimam Bibliothecam ſuam hujus Diæceſis Epiſcopo legavit, & Succeſſorem nactus eſt Rochechuartum Vicarium Generalem Epiſcopi Aurelianenſis. Sequenti Menſe mortalitatem exuit gravi ſenio preſſus Ludovicus Geſto Fleurieu Aurelianenſis Epiſcopus ſacri Sacelli Pariſienſis Theſaurarius, qui juxta Inſtructionem quadraginta Epiſcoporum, præfatæ Conſtitutioni obſequium præſtitit. Die autem octava ejusdem Menſis naturæ debitum ſolvit Narzynskyus Pommerellæ Suffraganeus, & Plocovienſis & Pultuſienſis Canonicus, atque Præpoſitus Loſchinenſis. Inſuper die trigeſima Auguſti anno ætatis ſexageſimo quinto rebus humanis ereptus eſt Joannes Franciſcus Paulus de Thaumartin Bleſſenſis Epiſcopus, Sorbonæ Doctor & Turonenſis Eccleſiæ Decanus, qui in negotio Conſtitutionis Cardinali Noaillio adhæſit, ejusque elogium Boscus in literaria Academia præſide Cardi-

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

nale

Sæc. XVIII.
A. C. 1733

nale Pollignaco recitavit. Exe
vero Menſe Septembri Franciſcus
cay Portas Granatenſis Archiepiſc
ſumma ſenectute confectus mundo
ledixit. Hunc eadem mortis nec
tate ſequebatar Menſe Octobri Flor
tiis Maria Roſa Corſinia Abbatiſſa
S. Jacobum, Soror Clementis XII. Po
exacto ætatis anno octogeſimo qu
Die autem prima Novembris pr
Madritum deceſſit Joannes Emma
Dux de Abrantes, qui Anno 17
Conchæ Epiſcopus hoc primum an
poſt mortem Cardinalis Borgiæ in P
triarcham Indiarum electus erat. Bi
poſt Petrus de Pardaillan- Antin L
gonenſis Epiſcopus & Dux, Par Fr
ciæ vix emenſo quadrageſimo æt
anno fato conceſſit. Erat antea A
gentinenſis, & Pariſienſis Canonic
Doctor Sorbonæ & Anno 1724. ad L
gonenſem Eccleſiam nominatus. Me
autem Decembri mortui ſunt, Arc
epiſcopus Piſanus, Sinogalenſis, O
bevetanus & Joannes Cornelius Bar
mannus Wuytters ſic dictus Archie
ſcopus Ultrajectenſis, qui die dec
tertia Maij dies ſuos finiit, ac deniq
Dominicus Cæſar Fiorelli Abbas, q
S. Congregationi *ſuper nonnullis a ſecre*
erat, die vigeſima tertia Decemb
& Menſe Majo Ludovicus Elis

Rou

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Roualt Abbas de Gamachas Gallicus Auditor Rotæ Romæ ſupremum diem explevere. Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Inter Principes ſœculares, aliosque Viros celebriores hoc anno mortem cum vita commutarunt præcipue ſequentes: Thomas Howard Nortfolciæ Dux primus Angliæ Par, qui Religione Catholicus ac propterea ab omni Aulæ dignitate, & ſuffragio in Parlamento non modo excluſus, ſed & ſupremi Mareſcalli munus ſuæ familiæ hæreditarium per alium adminiſtrare coactus eſt: Inſuper Anno 1722. die prima Novembris captus Turri Londinenſi includitur, quæſito obtentu, quod unacum Atterburio Pſeudo - Epiſcopo Roſſano conſpiraſſet: hujus vero falſæ criminationis anſam ſumpſere ejus æmuli, eoquod Dux una alterave vice Centurionem Kelly in carcere viſum iviſſet, & eo tempore, quo de ejus captivitate agebatur, Pariſios contendere paraſſet. Nimirum vaniſſimæ etiam ſuſpiciones, ſi Religionis odio tument, valida reputantur argumenta ad opprimendos Catholicos ſat idonea. Ceterum Dux e calamitoſa hac vita die tertia Januarii plusquam quinquagenarius exceſſit. Eodem Menſe Francofordiæ ad Mænum in ſeptuageſimo primo ætatis ſuæ anno morte ſublata eſt Magdalena Eli-

ſabetha

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

ſabetha Naſſovio - Uſſingana Prin
die autem decima nona Februarii q
ætatis anno nondum exacto Lud
Maria Ludovici XV. Galliarum R
Filia ejusque Frater Andegavenſis
Menſe Aprili tertio ætatis anno ob
Hos ſequebatur Neapoli Menſe M
tio Joannes Wenceslaus Picc
mini de Arragona S. R. J. Prin
& Dux Amelphitanus annos n
quadraginta. Die autem decima
Maij fortuna jam florentiſſima
jam duriore conflictatus Antonius
Giudice Giovenazzi Dux & Cellam
Princeps Hiſpali emenſo ſeptuage
ſexto vitæ anno rebus caducis
dixit.

Porro Menſis Junii diem vigeſim
quintam vitæ ſuæ poſtremam h
Catharina Iwanowna Joannis A
Moſcorum Imperatoris Filia, Meg
litano - Schwerinenſis Ducilla,
niſi quadraginta & unum annos
Eodem Menſe ſexagenario major
occubuit Fridericus Julius de la
Alverniæ Princeps, & Antonius F
ciſcus de la Tremouille Royanæ D
Pariter nimis præmatura morte M
Julii die vigeſima anno vitæ trig
tertio, ereptus eſt Joannes Chriſtian
Sulzbacenſis Comes Palatinus, qu
quinquageſimo octavo ætatis anno

undecima Julii diuturno morbo abſumpta Franciſca Sibylla Auguſta Bado-Badenſis Marchioniſſa Etlingæ ſequebatur: Romæ Menſe Septembri infauſto prorſus fato in flore juventutis ſuæ occubuit Joſephus Princeps Juſtiniani, a quodam ſicario in platea noctu trucidatus: Pariter vitæ ſuæ dies Guilielmus Erneſtus Brandeburgo-Baruthanus Princeps duntaxat ad vigeſimum ætatis annum protraxit, Mantuæ die ſeptima Novembris mortuus; hunc biduo præceſſerat Henrietta Churchil Marleburgi Duciſſa, & Godolphini Comitis Conjux, Menſis vero ſequentis die ſecunda Decembris Monachii Joſephus Ludovicus Caroli Alberti Bavariæ Electoris Filius quinquennis. His adjungimus Petrum Emanuelem Colon y Portugal Veraguaſi & de la Vega Ducem die quarta Julii anno ætatis quinquageſimo ſexto, Mariam Duciſſam de Ormond Londini die trigeſima Novembris & Mariam Ruffo Duciſſam de Sora Menſe Decembri mortuam.

Sæc.XVIII. A.C. 1733.

### §. LXXVI.

### *Urbs Romana a Clemente XII. Papa magnifice exornata.*

Interim ſummus Pontifex magnificentiam ſuæ indoli congenitam præſertim

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

tim exerebat in exornanda Urb
mana; præprimis enim, ut lati
Innocentiano foro pateret via, d
humilioribus domibus ſplendida
curavit Palatia; arcum quoque p
Amphitheatrum Flavii Veſpaſiani,
in Cælium Montem iutr, vetuſtate
minus quam incuria fatiſcentem re
ravit, & antiquiſſimum hoc monu
tum, quod olim in honorem Con
tini Magni ob inſignem victoriam
Maxentio per ſignum Crucis glo
reportatam erectum erat, a pro
ruina vindicavit. Antiquas etiam
des, quæ *Conſultæ* dicuntur, in C
Quirinali ſitas, ad ampliorem
atque elegantiorem formam non
maximis expenſis reduxit, eodem
ferme tempore, ut agrariæ rei
poſiti majori cum commodo ſuum
nus obire poſſent, præſtans ædific
in Capitolio exſtruxit. In Later
vero Baſilica in honorem S. And
Corſini ex Ord. Carmelitarum Epiſc
Feſulani, Gentilis ſui, magnific
ſimum ædificari curavit Sacellum,
quo ſibimetipſi vivens poſuit Mau
leum ex urna porphyretica, quæ
porticu veteris Pantheon antiquiſſ
abhinc temporibus collocata erat. Ib
dem quoque Majores ſuos Nereum
atque Petrum Cardinales ex ſua Fami

Or

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corſiniana ſplendidis cenotaphiis decoravit. Viſebantur inſuper Romæ in præfato arcu rara antiquitatis artisque monumenta, ſcilicet octo columnæ flavi marmoris, necnon unius bello capti militis ſtatua & ceterorum captivorum capita, ea vero, unamque ex his columnis, teſte Paulo Jovio, Laurentius Medices noctu per ſummam injuriam abſtulit, ac propterea a Maria Molza Poeta longe celeberrimo apud Senatum Romanum acri ac vehementi oratione accuſatus, demumque Roma proſcriptus eſt. Ea igitur, quæ tum deerant, omnia Clemens Papa reſtituit, uſus præcipue opera Petri Braccii illo ævo haud contemnendi Sculptoris, ſimulque aream prope eundem arcum levavit, ne proſpectus per interjectas ædes ulla ex parte impediretur. Aſt illud adhuc maximo eſt argumento non ſolum magnificentiæ, ſed etiam eximii, quo Clemens inclaruit, in ingenuas artes & diſciplinas ſtudii, quod cum peramplas ædes dextrorſum in Capitolium ab Innocentio X. erectas, elegantiſſime ornaſſet, inſuper eodem conſpicienda intulerit ſigna, hermas, thoreumata, ſarcophagos, epitaphia, ſtatuas, & id alia tam Græcæ quam Romanæ antiquitatis reliquias, quarum maximam partem a Cardinali Al- Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sæc.XVIII. banio ſexaginta aureorum milliba
A.C. 1733. merat. Hæc omnia ad litera
utilitatem ac eruditionem dele
Locatellius pluresque alii, & p
pue Joannes Bottarius, qui h
rem tria edidit volumina, & C
tis juſſu etiam veterum ac Chri
rum monumentorum imagines,
Boſius & Arringhius *in Roma S*
*ranea* collegerant, tribus itidem
minibus eruditis ſane ac operc
planavit.

## §. LXXVII.

### *Scriptorum Religione Cathol* *opera & obitus.*

Non pauci ex Scriptoribus Eccl
ſticis hoc anno vitæ ſuæ cu
lum confecere, quorum opera
ſere, haud inutile erit: Ex his p
eſt P. Michael le Quien erudit
Ord. FF. Prædicatorum Scriptor
ſienſis, & Collegii in platea S. H
rati Bibliothecarius, Vir in Hebr
Græco & Arabico idiomate longe
ſatiſſimus, qui celebre ſibi nomen
paravit nova editione Græco - L
operum S. Damaſceni, quam
1712. Pariſinis literis excudi fecit,
que eruditas notas & diſſertation
jecit, tertius vero eorum tomus
qu

quo ſuppoſititia ejusdem S. Doctoris opera continerentur, nunquam publicam lucem aſpexit. Scripſit quoque nondum inchoato trigeſimo primo ætatis anno librum de antiquitate temporum ſeu defenſionem textus hebraici & verſionis Vulgatæ contra librum Patris Pauli Pezron *de antiquitate temporum;* edidit quoque obſervationes in librum ejusdem Pezronii, cui titulus, tentamen commentarii in Prophetas: Edidit inſuper *Panopliam contra ſchisma Græcorum contra Nectarium Patriarcham Jeroſolymitanum* ſub ementito nomine *Stephani de Altimura Ponticenſis;* ſuccinctam Hiſtoriam Comitum Bolognenſium, Diſſertationes de S. Nicolao, de Portu Iccio, & Sanchoniathone Scriptore Phœniciæ: Orientem Chriſtianum inſuper & Africam, cujus primus tomus Auctore adhuc vivente, alter vero aliena manu ſuppletus Anno 1740. poſt ipſius obitum editus fuit, deſideratur tamen Africanarum Eccleſiarum & Præſulum hiſtoria. Denique ſcripſit quamplurima de irrito Anglorum Sacerdotio adverſus P. Courayeri libros de validitate Ordinationum Anglicarum, cui tamen præfatus Pater reſpondit Libello Amſtellodami Anno 1732. edito, cui titulus: *Supplementum ad duo opuſcula in defenſionem validitatis Anglica-*

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

*glicarum ordinationum edita loco p*
*reſponſi ad novum opus Patris* 
&c. Obiit celeberrimus hic 
Pariſiis die duodecima Martii.
nitur in novis actis Erudit. Lip
Anni 1734. Januarium hujus R. P.
elogium. Aſſervatur adhucdum
edita ejus Hiſtoria Bologuæ p
ſuæ, pluresque aliæ lucubrati
II. Joachimus Le Grand Abbas & P
byter Oratorii, qui edidit elogia P
Le Cointe, & Abbatis de Mar
hiſtoriam divortii Henrici VIII. An
Regis & Catharinæ de Arragonia,
dicias Sanderi & confutationem
rum primorum librorum de Hi
Reformationis a Burneto deſcrip
tres epiſtolas ad eundem de varia
bus, de reformatione, & Comment
ſucceſſionem ad Regnum Hiſpaniæ
flexiones in epiſtolam ad quemdam
bilem Anglum circa neceſſitatem
juſtitiam integræ reſtitutionis Mo
chiæ Hiſpanæ, diſſertationes in
Imperio geſtas circa Hiſpaniæ ſucc
nem; periculum ne Germania bre
abſolutam Monarchiam reduca
epiſtolam N. ad Doctorem N. circa B
hemiæ Regnum: de ſucceſſione in Fr
ciæ Regnum pro Agnatis, & vit
Marchionis de Vins. Gallice e
ex Luſitano idiomate reddidit Hi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

riam Tenariſinæ Inſulæ a Joanne de Ribeyro compoſitam, & Hiſtoriam de Abyſſinorum Regno ab Hieronymo Lobo elucubratam. Inter nondum edita numerantur ejus comitia Ordinum Fœderatorum, regimina, habilitas ſuccedendi in Regnum, Hiſtoria & vita Ludovici XI. Galliarum Regis. Deceſſit hic Scriptor octogenarius Pariſiis die prima Maij in ædibus Clarамboldianis. III. Ludovicus Le Gendre Canonicus Pariſienſis & Abbas Claroſontanus, qui poſteris reliquit proluſionem Regni Ludovici Magni, Hiſtoriam Franciæ, vitam Franciſci de Harlay Pariſienſis Archiepiſcopi, vitam Cardinalis de Amboſia unacum parallelo cum celebribus Purpuratis Regni Adminiſtris, & propriæ ſuæ vitæ Hiſtoriam. Deceſſit Pariſiis die prima Februarii annos natus ſeptuaginta quinque. IV. Franciſcus Felibien Hiſtoriographus Regius, ex cujus lucubrationibus quamplurimis celebriores ſunt ejus Ichnographiæ domus Plinii, earumque deſcriptiones, Collectio Hiſtorica vitæ & operum celebriorum Architectorum, deſcriptio Verſaliarum, & Eccleſiæ invalidorum &c. Mortuus eſt die vigeſima tertia Junii. V. Ludovicus de Four Abbas de Longuerue, qui plurima quidem ſecundis Muſis

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

c nſcripſit; typis autem edita dum
ad nos pervenere diſſertatio in l
num, annotationes in vitam Car
lis Wolſey, commentaria in litera
ram & Hiſtoriam, Annales Aria
rum, necnon Deſcriptio Hiſtoric
Geographica Franciæ veteris & 
dernæ Porro ex relictis ejusdem
nuſcriptis Joannes Wincklerus H
heimenſis Lipſiæ edi curavit, d
tationem hiſtorico - chronologicam
variis epochis & anni forma vete
Orientalium, Diſſertationes qu
hiſtoricas de vita Juſtini Martyris
Athenagora, de tempore, quo 
eſt hæreſis Montani & de origine
reſum Valentini, Cerdonis & Ma
nis; relationem hiſtoricam de C
dia Morado Regis Æthiopiæ quon
ad Batavos Legato, præter com
cium literarium plurium Viro
&c. Deceſſit Ludovicus Pariſiis 
duodecima Novembris. VI. Ja
Joſephus Duguet Presbyter Ora
Quesnello tam arcta junctus ami
ut hic ſuas reflexiones morales 
revidendas, corrigendasque mitt
ac propterea Bruxellis in Sardiniam
Pariſiis in Hollandiam emigrare co
retur. Scripſit tractatus de Sacris
ſteriis; de uſura; de exorciſtis,
officiis Epiſcoporum, de Euchariſtia

& de qualitatibus, virtutibus & officiis Principis, quem tractatum pro inſtitutione Principis Pedemontani compoſuit, in Francia tamen ſuppreſſus eſt. Exſtant quoque ejusdem Regulæ pro intelligendis S. Literis, explicatio in Job, & ſeptem poſtrema capita Deuteron: necnon ſeptuageſimi quinti Pſalmi, tractatus de ſcrupulis; de Chriſto Crucifixo explanatio, commentaria literalia & ſpiritualia in Geneſin, explicatio myſterii Paſſionis Dominicæ & refutatio Syſtematis de gratia Generali Domini Nicole præter tres diſſertationes, & vitæ rationem cujusdam Matronæ. Plures tamen ſibi Adverſarios accerſebat ſuo tractatu *de oratione publica & diſpoſitionibus ad offerenda S. Myſteria;* quamvis enim liber iſte unico in anno ab ipſomet hoc Auctore quinquies novis typis in Francia editus, maximo applauſu exciperetur; non deerant tamen, qui poſtea ex illo varios Janſenianæ ſectæ affines errores extraherent, atque inter alios quidam Anonymus in Dugueto carpebat, quod tradidiſſet, nullum poſſe, ut deceret, orare, niſi prius de ſua devotione certus eſſet; orationem enim, quæ non ex flamma infuſæ charitatis oriretur, Deo eſſe abominabilem &c. Enimvero hunc errorem Duguetus in tertia libri

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

ſui editione excuſare moliebatur, post tamen alius Scriptor vulga- bello, cui titulus: *annotationes in tractatum de oratione*, non jam per ... ges Duguetum Janſenismi infimula- eoquod docuiſſet, *neminem poſſe ... Dei gratia*, haneque propoſitionem ſimillimam huic: *gratiæ Dei reſiſti poteſt*. Cruditatem hujus aſſerti Duguetus in quinta editione ... quidem ſategit, affirmando, ſuam ... eſſe mentem, acſi homo in charit- conſtitutus, peccare non valeat; ... tantum velle, quod peccatum non ... charitate, nec per charitatem ... Attamen hæc ipſa declaratio nimis ... tificioſe contorta ab alio Authore ... fellebatur, in libro, qui inſcribi- *Obſervationes criticæ cujusdam Co- in tractatum de oratione publica*, in qu- Auctor oſtendit, Dugueti libros ... omnino conformes doctrinæ refle- num moralium, nilque aliud ... quam mordacem ſatyram in Ordi- Eccleſiaſticum, ejusque ſacras func- nes. Ceterum Duguetus huc illo- profugus ærumnoſæ vitæ ſuæ fi- tandem Pariſiis impoſuit die vigeſi- quinta Octobris. VII. Philippus Bo- rotius Vaticanæ Bibliothecæ Cuſto- & Eccleſiaſticæ Jurisdictionis Audit- ſedulus non minus ac eruditus anti-

tatum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tatum indagator, e cujus calamo profluxere obſervationes in nummos Cæſareos maximi moduli, obſervationes in vitra antiqua in Romanis cæmeteriis reperta, & diſſertatio ad Etruriam Regulam Thomæ Demſteri: Obiit Florentiis die octava Decembris exacto anno ætatis ſeptuageſimo ſeptimo. VIII. Joannes Joſephus Marchio de Orſi, qui P. Bouhours Jeſuitam, eoquod Italos in ſuo libro *de modo recte cogitandi* indignum in modum vilipendiſſet, editis *conſiderationibus in famoſum hunc libellum* inſectatus, pluribus etiam epiſtolis ad doctiſſimam Annam Le Fevre Dacieriam tres ipſius conſiderationes adverſus Trivoltienſium criſin propugnabat: Edidit etiam monita de moralibus criticæ Regulis; ratiocinium in tractatum de ſenectute Tullii, eclogam Paſtorum Arcadum in electione Clementis XI. vitam Comitis Ludovici de Salles præter alia nonnulla. IX. Cyrillus a S. Maria Carmelita Excalceatus, qui Cremonenſibus literis excudi fecit Theologiam juxta S. literas, Concilia & S. Patres communitam, ejus complementum, curſum Philoſophicum, conſultationes varias tam in jure Canonico, quam aliis de rebus Sacris, necnon deciſiones plures de caſibus ad Theologiam moralem ſpectantibus.

Sæc. XVIII. A.C. 1733.

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

## §. LXXVIII.

*Scriptores Acatholici hoc anno m tui, eorumque opera.*

Non paucos etiam ex Scriptori Acatholicis invida mors literar Reipublicæ ſubduxit; horum prim eſt Thomas Woolſton, qui ſacras Scri pturas nullatenus juxta ſenſum lite lem eſſe intelligendas pertinaciter d fendit, eosque, qui contrarium p pugnarent, *Antichriſti Servos* appell vit. Hanc in rem ſcandaloſos ſuos ſe mones de miraculis Salvatoris n vulgavit, horumque virtutem veri temque rejecit, ac propterea carc mancipatus, inde liberatus non e niſi poſtquam idoneam de pœnite cautionem numeratis centum lib ſterlingicis perſolviſſet; aucta autem e pervicacia, carceris quoque & mul pecuniariæ augebatur pœna: Nond tamen ſapere didicit, ſed Anno 17 edita apologia aſſeruit, totam Relig nem Chriſtianam nonniſi allegorice declarandam. Pauloposſt edidit Or *genis duas epiſtolas de fide orthodoxa*, p ter plures epiſtolas, in quibus con ſenſum literalem debacchatus, Pr dicantes vocabat *Apoſtatas*, eoquod ſpiritu ad literam defeciſſent. Vid

In

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſim vero a pluribus quam ſexaginta Præconibus perverſa ejus dogmata refellebantur, quæ tamen rurſus editis pluribus libellis vindicare conabatur, atque inter alia vulgabat diſſertationem de Pontii Pilati epiſtola ad Tiberium circa res Chriſti geſtas: Impugnabat quoque ipſam Chriſti reſurrectionem, atque in Atheismum prolapſus, Londini die decima Februarii ſceleſtam animam ſuam evomuit. II. Chriſtianus Stock, qui die quarta ejusdem Menſis mortuus, poſteris reliquit ſuas Inſtitutiones homileticas, clavem linguæ ſanctæ Vet. Teſt. Novum Teſtamentum Græcum obſervationibus Philologicis, criticis & exegeticis illuſtratum, Hiſtoriam Paſſionis Græce concinnatam, tractatum de bonitate Dei, de malo morali, de Theologiæ moralis natura & indole, & diſputationes de pœnis Hebræorum capitalibus. III. Joannes Benedictus Carpzov, qui prælo ſubjecit Chriſtianas de Urim & Tumim conjecturas, Diſſertationem de ſepultura Joſephi Patriarchæ, Programma de Academia Civitatis Abele, ac denique *Collegium rabbinico - biblicum in librum Ruth*, quod ejus Parens elucubrabat. IV. Caſpar Achatius Beck, qui publici juris fecit tractatum de perjurii occaſione præſcin-

Sæc. XVIII. A.C. 1733.

Sæc. XVIII. A. C. 1733

ſcindenda, de manumiſſionibus in
cleſia, de jurisprudentia per eme
tionem Religionis refo mata, de
ſalibus Minorum ſine conſenſu C
torum non contrahendis, de legit
juramentorum uſu, de triplici a
catia Imperatoris in Eccleſia, de
quod juſtum eſt circa emigratio
civium Religionis cauſſa factam &
quamplurima. V. Georgius Fride
cus Royal, qui nonniſi triginta
annos natus die ſexta Aprilis vita
ctus, elucubravit tractatum de au
ritate interpunctionis in Nov. Teſt.
ſputationes de turribulo ex antiqu
Judaica, de Jeſu Chriſto totius The
logiæ fundamento, & alia nonnu
VI. Erdwinus Polemann, qui va
ſcriptis celebre ſibi nomen compa
bat, ex quibus præcipue commenda
tur ejus opuſcula de tenebris ægyp
cis, de angulari lapide, de Pleon
mis S. Scripturæ, de ſolidis Reg
rum fulcris pietate & juſtitia, de
ligione cum Imperio conjungenda,
die Natali & adventu Magorum
præſepe, de Templis antiquorum,
captivitate & redemptione Judæoru
de oraculis Gentilium, de prophe
V. T. de veſtibus Sacerdotis, de fe
Pentecoſtes, de Elia Propheta, pr
ter alia quam plurima. VII. Joann

Ehr

Eberhardus Roesler, qui inter varii generis tractatus typis vulgavit opuſcula de poteſtate Imperantium legislatoria, de benedictione paterna Eſavo a Jacobo prærepta, de facto Joelis Jud. IV. de jurejurando circa rem illicitam ex S. Scriptura, de immolatione Iſacci, de jure violentæ defenſionis, de juribus Legatorum &c. VIII. Conradus Mell Calviniſta, e cujus calamo profluxit deſcriptio Tabernaculi, & Templi Salomonis, ejus Sacer Antiquarius, & Evangelicus Miſſionarius de propaganda fide inter Ethnicos, & diſſertatio de mari æneo. IX. Chriſtianus Hauſen, qui prælo ſubjecit Theologiam Paracleticam generalem & ſpecialem, ſcrutinium Religionum, & alia quædam. X. Jacobus Franckenſtein, qui præter varias diſputationes edidit tractatum de juribus Judæorum ſingularibus in Germania, de theſauris, Hiſtoricum Theatrum Luſitaniæ, Angliæ & Helvetiæ, &c.

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

HISTO-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN